COMMENTARIA
DE ANTIQUIS SCALPTORIBUS

QUI SUA NOMINA INCIDERUNT

IN GEMMIS ET CAMMEIS

CUM PLURIBUS MONUMENTIS ANTIQUITATIS INEDITIS

STATUIS ANAGLYPHIS GEMMIS

AUCTORE

DOMINICO AUGUSTO BRACCI

REGIAE SOCIETATIS ANTIQUARIORUM LONDINENSIS.

VOLUMEN SECUNDUM.

FLORENTIAE MDCCLXXXVI.

APUD CAIETANUM CAMBIAGI TYPOGRAPHUM REGIUM

SUPERIORUM PERMISSU.

MEMORIE
DEGLI ANTICHI INCISORI
CHE SCOLPIRONO I LORO NOMI

IN GEMME E CAMMEI

CON MOLTI MONUMENTI INEDITI DI ANTICHITÀ

STATUE BASSIRILIEVI GEMME

OPERA

DI DOMENICO AUGUSTO BRACCI

DELLA SOCIETÀ REALE ANTIQUARIA DI LONDRA.

VOLUME SECONDO.

FIRENZE MDCCLXXXVI.
PER GAETANO CAMBIAGI STAMPATORE GRANDUCALE

PRAEFATIO

Cum in I. hujusce operis volumine fidem obligaverim (Praefat. p. XVII.) *me* CXX. *saltem usque gemmas relaturum artificis nomine insignitas, nihil reliqui feci, ut illas invenirem, ac promissi fidem meis Lectoribus praestarem; sed etsi nullum studium in conquirendis gemmis praetermisi, has nihilominus tenere nullo modo potui, quas tamen exsistere pro comperto habebam. Harum in numero sunt, Bovis caput Philemonis opus, Bacchans Solonis opus, cujus mentionem facit Winkelmann* (1), *& in quo ego Amazonem repraesentari puto, Faunus Bacchans, opus pulcherrimum Pollionis Romani, qui floruit Augusti aevo, quarum gemmarum aposphragismata habebam; sed haec cum aliis rebus ad hoc opus pertinentibus, ut alibi innui* (2), *ablata mihi fuerunt. Dum huic operi finem imposui, certior fio ab eruditissimo viro Ab.* Le Blond *hanc gemmam ut & aliam exhibentem seu militarem virum, seu militiae Deum a Solone scalptam, servari Parisiis in Cimeliarchio D.* Daugny. *Praeterea extat quoque gemma apud utriusque Siciliae Regem Victoriam exhibens biga vecta, ac Sostrati nomine distincta, quae, cum Victoriae a Lucio scalptae similis esse videatur, nec imprimi facile possit, in hoc opere desideratur. Curavi tamen ne ei deessent aliae Gemmae raritate & argumento celebres, ut non minus copia, quam rerum delectu hoc volumen ornaretur. Inter has eminet quaedam a du Fresne edita* (3). *Gemma hac praestantissima sapphiro incisa, Imp. Constantii Venatio repraesentatur. Cernitur in ea Constantius Augustus, ut desuper indicat inscriptio* (CONSTANTIUS AVG.), *hasta interficiens aprum, supra quem est inscriptio* ΞΙΦΙΑϹ *cum duabus plantis. Pone Imperatorem est alius hasta armatus. In imo observatur figura muliebris procumbens sinistra manu cornucopiam tenens cum epigraphe* ΚΕϹΑΡΙΑ ΚΑΠΠΟΔΟΚΙΑ. *Cl. Lami in Ephemer. Litter. Florentiae An.* 1760. *num.* 4. *col.* 49. *hallucinatus est, affirmans verbum* Xiphias *esse nomen artificis, qui hanc gemmam caelavit. Hoc verbum* Xiphias *est nomen piscis, de quo loquitur Aelian. de nat. Animal. lib.* 9. *cap.* 40. *& lib.* 14. *cap.* 43. *Athenaeus lib.* 7. *pag.* 314. *& Oppianus de piscat. lib.* 2. *v.* 463. *& lib.* 3. *v.* 530. *Sed nil ad rem nostram. Una Plantarum, quae sunt supra apri caput, forsan illa est, quae a Theophrasto lib.* 6. *cap.* 7. *pag.* 708. *&* 709. *& a Plinio lib.* 25. *cap.* 11. *nomine* Xiphion *memoratur.*

Si gemmas singulas referre voluissem artificum nominibus insignitas, vix quatuor volumina satis fuissent. Sed quia harum multae recens elaboratae fuerunt, aut veteribus gemmis recenter adscripta fuerunt nomina veterum artificum, quo majus pretium invenirent, illas ne commemorandas quidem putavi. Verum omne studium consumpsi in conquirendis iis, quae nullo artificio sunt infucatae, & diligentiam, quam adhibui, valituram spero ad excusationem obtinendam, si quasdam minime invenire potui.

Nil aliud addidi catalogo Pictorum Sculptorum &c. Iunii labore confecto, nisi nomina veterum Pictorum, Sculptorum, & Architectorum, quae in illius opere desiderantur. Nam ve-

(1) *Monum. Ant. Ined. Trattato Prel. pag. XXV. & CXI.*

(2) *Bracci Commentaria de Antiq. &c. Praef. vol.* 1. *p.* 14.

(3) *Tab. XIX. N. III. De hac gemma vide Carolum Du-Fresne D. Du-Cange De Imperat. Constantinop. numismatibus pag.* 157. *& seq.*

PREFAZIONE

AVendo nel Volume I. di questa mia opera promesso (*Pref. p.* XVII.) di riportare almeno CXX. gemme col nome dell'Artefice, usai ogni diligenza per trovarle, e mantenere insieme ai miei Lettori la promessa; ma per quanto io mi sia in tal ricerca adoperato, non mi fu mai possibile di averle, benchè sapessi, che esistevano. Tralle quali una testa di Bove, opera di Filemone; una Baccante, opera di Solone, mentovata da Winkelmann (1), che io credo rappresenti un Amazzone; un Fauno Baccante, opera bellissima di Pollione Romano, il quale fiorì nel tempo di Augusto. Di queste gemme ne avevo le impressioni; ma insieme con altre cose spettanti a questa opera, come altrove ho detto (2), mi furono involate. Mentre che io sono al termine della mia fatica, son reso consapevole dall'eruditissimo Sig. Abate le Blond, essere questa gemma a Parigi nel gabinetto del Sig. Daugny, siccome un' altra gemma scolpita da Solone rappresentante una figura militare, oppure un Marte. Oltre a queste ancora una Vittoria in una biga col nome di Sostrato, presso il Re delle due Sicilie; e perchè è simile alla Vittoria incisa da Lucio, nè facilmente può imprimersi, quì non la riporto. Ho procurato però di supplire con altre gemme singolari per la rarità ed il soggetto, acciocchè sia ornato questo volume di cose non meno pel numero, che per la scelta ragguardevoli. Tra queste è singolarissima quella pubblicata da Du-Fresne (3). Tal pregiatissima gemma è incisa in Zaffiro, nella quale è rappresentata la caccia dell'Imp. Costanzio. Si vede in essa Costanzio Augusto (come indica una iscrizione posta sopra CONSTANTIVS AVG.), che coll'asta uccide un Cignale, sopra il quale è l'iscrizione ΞΙΦΙΑΣ. con due piante. Presso all'Imperatore vi è un altro armato di asta. A basso si osserva una figura muliebre giacente tenendo colla sinistra mano un cornucopia coll' iscrizione ΚΕΣΑΡΙΑ ΚΑΠΠΟΔΟΚΙΑ. Il Chiar. Lami nelle Novelle Letterarie di Firenze an. 1760. num. 4. col. 49. sbagliò, affermando la parola *Xiphias* essere il nome dell'artefice, il quale incise questa gemma. Questa parola *Xiphias* è un nome di pesce, del quale parla Eliano de Nat. Animal. lib. 9. cap. 40. e lib. 14. cap. 43. e Ateneo lib. 7. pag. 314. ed Oppiano della pesca lib. 2. v. 463. e lib. 3. v. 530. Ma niente al nostro proposito. Una delle piante, che sono sopra il capo del Cinghiale, forse è quella, di cui fa menzione Teofrasto lib. 6. cap. 7. pag. 708. e 709. e Plinio lib. 25. cap. 11. chiamata *Xiphion*.

Se io avessi voluto riportare tutte le gemme insignite col nome degli antichi artefici, appena sarebbero stati sufficienti quattro volumi; ma perchè molte di queste sono state recentemente lavorate, o alle antiche gemme sono stati incisi di nuovo i nomi degli antichi artefici per ritrarne un maggior valore, ho stimato proprio non farne menzione. Ma io non ho tralasciato veruna premura nel ricercar quelle gemme col nome genuino dell'antico incisore, ed ho adoprata tale e tanta diligenza, che spero sarà per rendermi iscusato, se alcune non ho potuto ritrovare.

Io non ho aggiunto al catalogo de Pittori, Scultori ec. fatto da Giunio, se non i nomi degli Antichi Pittori, Scultori, ed Architetti, i quali mancavano nella di lui opera. Im-

(1) Monum. Ant. ined. Trattato Prel. pag. XXV. e XCI.

(2) Bracci Mem. degli Antichi ec. Pref. p. XV.

(3) Tav. XIX. N. III. di questa gemma vedi Carlo du-Fresne Sig. di Du-Change De Imperat. Constantinop. Numismatibus p. 157. e seq.

veteres artifices, ut Agrium vestiarium, Alconem Fabrum, Ampelium Figulum, Architelem Lapicidam, Argum Naupegum, & alios hujusmodi multos, tanti non esse putavi, ut cum iis nobilioribus, nobilissimarumque artium profitentibus recenserentur. Theodorum virum in Geometria perfectum addere etiam potuissem, cuius meminere Xhenophon (4) *& Plato* (5). *Saepe Iunius indicat tantummodo nomina artificum neque commemorat opera ab iis summa arte absoluta. Exemplo esse possunt Architectus Libo, de quo Pausanias* (6) *loquitur, Callicrates ipse quoque Architectus, & Clito Statuarius &c. &c. Qui monumenta colligere vellet hujusmodi artificum, multa sane haberet, quae in Iunium addere posset; cui rei argumento sunt, quae ego casu magis, quam consulto in scriptorum lectione notavi. Ad hujusmodi opus perficiendum conducere possent, quae de Architectis scripsit* Milizia, *cuius liber Romae, Parmae & Bassani editus est. Sed caute is legendus est; nam nimis libere interdum judicat, nec semper indicat fontes, unde hauserit quae affirmat. Celeberrimus Requenos cum opus edidisset, quod inscripsit,* (Saggi sul ristabilimento dell' antica arte dei Greci, e Romani Pittori) *prodidit exemplum huiusmodi rerum tractandarum, sibique immortalitatem peperit. Reliquos non commemoramus scriptores, quos consulere, sed caute, juvabit.*

Verum ne hisce rebus diutius immorer, admonendos lectores puto, me de veteribus scalptoribus saepe consuluisse peritos homines, & praesertim omnium peritissimum Ioannem Pikler.

Non praetermisi notare loca, in quibus gemmae asservantur: sed quia crebrae sunt horum mutationes, ne Principum quidem Museis exceptis, non mihi culpae vertatur, si quidpiam minus vere affirmasse videbor.

Ad gemmas delineandas, & incidendas etiam in hoc II. Volumine homines adhibui, quantum mihi datum est, praestantissimos, ac formas ipsas diligenter eleganterque exprimi curavi.

Cum non una mens omnibus sit, ac quisque pro suo lubitu, atque ingenio judicet, fortasse meas gemmarum explicationes non omnes probabunt. Sed ego appello eruditiores antiquitatis cultores, quorum erit certius judicium, ac meas etiam sententias lubenti animo revocabo. Ii autem minime ignorant, antiquitatis non esse scientiam certam, sed opinionem earum rerum, quae pro ingeniis variae sunt.

Plurimum sane profecissem per Ab. Le Blond, *& Ab.* De la Chaux *Gallorum eruditissimos, si explicationes, quae ii ediderunt de gemmis Musei Ducis Aurelianensis ad manus meas pervenissent, antequam huic operi finem facerem. Etenim plurima isti protulerunt, quae recouditis quibusdam literis continentur, quaeque convertere in rem meam potuissem* (7). *Interea tantis viris debitas laudes tribuens candide fateor, me sequi tantummodo veritatem, quam utinam amplexus esset, qui meum opus nondum in lucem editum inconsulto insectari ausus est. Quapropter cum in me turpiter malevolus fuisse visus sit, excusatione dignus judicabor, si aliquando habenas irae in illo reprehendendo laxavi. Ceterum nemo rerum, quae ad antiquitatem, & ad Graphicen pertinent peritus inficias iverit, non solum plagiarium interdum fuisse, sed & multa illum de historia pulcherrimarum artium scribentem peccasse, multa praetermisisse,* mul-

(4) *Lib.* 4. *Memorabil. vol.* 2. *pag.* 155.

(5) *De Regno.*

(6) *Pausan. lib.* 5. *cap.* 10.

(7) *Haud pigebit quaedam commemorare. Huiusmodi sunt, quae pertinent ad Personas Scenicas,* (*vol.* 1. *pag.* 217. *& seq.*), *ad Gladiatorem Rudiarium,* (*vol.* 2. *pag.* 245 *&c.*), *ad Hermaphroditum* (*vol.* 1. *pag.* 105.*&c.*), *ad Ledam* (*vol.* 1. *pag.* 43.), *quam nos in hoc volumine* (*vol.* 2. *pag.* 142.) *exhibuimus. Ii enim sane ingeniose conjiciunt ad Sapphum, vel ad aliam celebrem poetriam ipsam spectare.*

Imperocchè gli Antichi artefici, come Agrio Vestiario, Alcone Fabbro, Ampelio lavorator di creta, Architele Scarpellino, Argo fabbricator di Nave, e molti altri di questa sorte io giudicai di non annoverarli con quelli eccellenti, ed illustri Professori delle Belle Arti. Io avrei potuto ancora aggiungere Teodoro eccellente Geometra, di cui Platone (4), e Zenofonte (5) ne fanno menzione. Spesso indica Giunio solamente i nomi degli artefici e pone in dimenticanza le opere loro con somma arte lavorate. Per esempio l' Architetto Libone, del quale parla Pausania (6), Callicrate ancora Architetto, e Clitone Statuario ec. Chi volesse raccogliere le memorie di questi artefici, molte cose certamente potrebbe aggiungere a Giunio. Nè può essere una prova ciò, che io più casualmente, che a bello studio nella lettura degli autori ho osservato. Per perfezionare questa opera, potrebbe giovare il libro che ha scritto *Milizia* degli Architetti, stampato a Roma, a Parma, e a Bassano. Ma bisogna leggerlo cautamente, perchè alle volte giudica troppo liberamente, nè sempre indica i fonti, donde ha ricavato ciò che afferma. Il celeberrimo Requenos si è reso immortale nel trattare queste materie ne' suoi *Saggi sul ristabilimento dell' antica arte de' Greci, e Romani Pittori*. Lascio di parlare ancora d'altri Scrittori, che hanno scritto sopra questo argomento, e che sono da leggersi, ma con cautela.

A fine però di non andar troppo vagando, stimo bene di avvertire i Lettori, che non ho mancato sempre di consultare sopra gli Antichi incisori gli uomini periti, e principalmente il peritissimo tra tutti Giovanni Pikler.

Io non ho tralasciato di notare i luoghi dove si custodiscono le gemme; ma siccome spesso sono sottoposte a de'cambiamenti, non essendo neppure eccettuati i Musei de'Sovrani, non sarà attribuito a mia mancanza, se altramente affermerò.

Per disegnare, ed incidere queste gemme io mi son servito ancora in questo secondo volume, per quanto io ho potuto de' più valenti professori, che si trovassero, ed ho procurato che fossero fatti i rami colla maggior diligenza, ed eleganza.

Non essendo tutti di un sentimento, e ciascuno giudicando a suo piacere, ed ingegno, forse non approveranno tutte le mie spiegazioni delle gemme. Ma io mi appello ai più versati nello studio dell' Antichità, che daranno un migliore giudizio, nè avrò difficoltà di ritrattare le mie opinioni. Essi sanno benissimo, che l' antichità non è una scienza, ma una opinione di quelle cose, le quali sono varie, secondo la mente di chi le interpetra.

Io certamente avrei profittato delle spiegazioni degli eruditissimi Francesi *Ab. le Blond*, e *Ab. de la Chaux* spettanti alle gemme del Duca di Orleans, se mi fossero pervenute avanti che terminassi la mia opera. Imperocchè hanno sicuramente molte cose con rara erudizione riferite, delle quali avrei potuto farne uso nella mia Opera (7). Intanto mentre comparto le dovute lodi a sì celebri personaggi, mi protesto sinceramente solo amatore, e seguace della verità, la quale Dio volesse, che fosse stata abbracciata da chi inconsideratamente criticò la mia opera. In vista adunque d' un genio di sì precipitata censura che l' Abate Winkelmann mostrò avere contro di me, mi lusingo d'ottenere qualche scusa, se mi sono lasciato trasportare contro di lui. Nessuno però degl' intendenti delle Antichità, e del disegno oltre ai plagj che fece alle volte dell'altrui scoperte, sarà per negare aver preso molti errori nella sua storia delle Belle Arti, aver tralasciato molte cose,

(4) Platone de Regno.

(5) Lib. 4. Memorab. vol. 2. p. 155.

(6) Pausan. lib. 5. cap. 10.

(7) Non rincrescerà al Lettore che io ne faccia di alcune menzione, come quelle che appartengono alle Maschere Sceniche (vol. 1. p. 217. e seq.), al Gladiatore Rudiario, (vol. 2. p. 245. e seq.), all'Ermafrodito (vol. 1. p. 105. e seq.) ed alla Leda (vol. 1. p. 43.), la quale noi abbiamo riportata in questo vol. 2. pag. 142. Questi però ingegnosamente congetturano potere essere la famosa Saffo, o altra celebre poetessa.

multa fallacibus judiciis pronunciaſſe, multa in hiſtoricis, & praeſertim in chronologicis erraſſe rebus, & nonnullas ab aliis ſurripuiſſe, quas pro ſuis venditavit; Talem denique fuiſſe, ut ſi quis omnes Winkelmanni errores excuteret, volumen conficere certe poſſet. Quod exequar, (ut me id eſſe praeſtiturum, ſi vita ſuppetat, promitto) non ut aliquid illius nomini detrahatur, & eo quidem modo, quem virum litteratum deceat, jam vel nunc injuriarum omnium quas nunc certum merui, oblitus. Vel ejus celeberrimus laudator, & amicus D. Heyne, haec de illo affirmare non dubitavit (8). Viveva in Francia a que'dì un uomo immortale, il quale ſtudiava le antiche coſe colle medeſime mire. Era queſti il Sig. Conte di Caylus, che aveva altronde ſulle belle arti delle cognizioni più eſatte, e più profonde, eſſendo un abile artiſta egli ſteſſo; onde i ſuoi ſcritti ſono per queſta parte preferibili a tutti gli altri. Winkelmann, che tali abilità non avea, fu però ſuperiore a lui per una erudizione claſſica, e per avere ſtudiate principalmente le opere grandi, che in Roma avea ſott'occhio, mentre che il Conte Caylus non potè occuparſi che a piccoli lavori, che nella ſua collezione ha sì maeſtrevolmente riſchiarati. *Neque aliter ſentit etiam celeberrimus Hiſpanus Ab. Requenos, qui in praefatione lib. pag.* 31. (Saggi ſul riſtabilimento dell'antica arte dei Greci, e Romani Pittori &c.) *ait*. Winkelmann volle emendare i loro falli, (*Scilicet D. Durand, & Monier*) e ſcriſſe dell'arte antica, ma frattanto, che eſſo fa da Antiquario, eſaminando le ſtatue, e baſſirilievi, e Cammei, ſi paleſa accorto, ed erudito, e lo riſpetto: quando vuol farla però da filoſofo intorno alla cauſa dell'eccellenza, e del buon guſto de' Greci, ſi moſtra mancante aſſai di dialettica, e di raziocinio. Quando fa da Storico, trovo in lui falli ineſcuſabili. Egli poi mi ſembra un entuſiaſta nel lodare alcune opere de' Greci artiſti: Ragionando però intorno al giuſto merito della coltura de' Greci pennelli, non eccede i ragionevoli confini nel conchiudere, e giudicare. E nel catalogo che teſſe degli ſtatuarj, non fa altro che sfiorare l'erudizione dell'alfabeto di Giunio. Un tal Autore, a dire il vero, non può ſervire al riſtabilimento, (ſe non in quanto eſamina le ſtatue antiche da copiarſi da dilettanti, e profeſſori) non ſolamente per ciò che parla quaſi ſolo della ſtatuaria col ſuo autore favorito Pauſania; ma per ciò che niente accenna dell'iſtoria, nè de metodi dell'antica pittura. *Sed quamvis non omnes Winkelmanni ſententiae laudandae ſint, atque approbandae, magna eſt tamen nonnullorum de illo admiratio, & qui Romae eius Hiſtoriam artium edendam ſuſcepit, D. Fea addidit (ut me de erroribus accuſaret atque iniuriis afficeret) ſi illum audias, neminem parem extitiſſe Winkelmann. Nihil eſt in antiquitate, quod ipſe non norit, & adeo illius bene explicandae rationem tenuit, ut piaculum ſit dicta ejuſdem tanquam oracula Apollinis, in dubium revocare. Hinc ego tamquam ignarus totius antiquitatis, nec non naturalis, & publici juris ab illo traducor* (9), *quod aureum M. Aurelii librum contra Winkelmanni ſententiam defenderim* (10), *nullamque occaſionem praetermittit qua me carpat acerrime; ſed quam vere, ex his facile intelligi poterit, quae ad indicandum hominis ingenium curſim ſubiiciem. Ait itaque me haud emendate retuliſſe Graecam inſcriptionem* (11), *cum om-*

(8) *Elogio di Winkelmann pag.* 46. *Editio Mediolan. vide etiam vol.* 1. *pag.* 317. *& vol.* 2. *pag.* 161. *& praeſertim pag.* 241.

(9) *Hiſtoria delle Arti vol.* 3. *pag.* 249. *Tu qui calles, ornatiſſime Fea, tum naturale cum jus publicum, audias oro:* Iuris praecepta ſunt haec: honeſte vivere, alterum non laedere &c. *cur igitur me tam immerito laceſſiſti? Rurſus, audias quae ad rem noſtram Clar. Mariette pronunciat* (*Traitè de pierres Gravées p.* 295. Il eſt permis de penſer autrement que les autres, & il eſt louable de faire valoir ſon opinion, mais on ne doit outrager perſonne, encore moins ceux, de qui l'on n'a reçu aucune offenſe, & qui ſe tenant tranquilles, ne cherchent, ni á nuire, ni á dominer. *Egregius illuſtrator Muſei Pii-Clementini* (*vol.* 2. *in fol.*) *ab Ennio Quirino Viſconti deſcripti a me in nonnullis diſſentire videtur, ſed ea moderatione, quam utinam omnes a tanto viro ediſcerent, atque imitarentur.*

(10) *De libro M. Aurelii vide vol.* 1. *pag.* 17. *nota* 6.

(11) *Fea vol.* 3. *p.* 248.

aver detto molte cose fallacemente, ed aver preso molti sbagli nella istoria, e principalmente nella Cronologìa, ed alle volte si attribuì le altrui scoperte di maniera tale, che se alcuno vorrà esaminare i di lui errori potrà formarne un volume, che io prometto di fare, a Dio piacendo, non per toglier la di lui fama; ma con tutta la moderazione, che conviene a chi va in traccia del vero, volendo io fin d'adesso dimenticarmi di tutte le immeritate ingiurie. Ancora il di lui celeberrimo encomiatore ed amico Sig. Heyne non pensò altrimenti di lui dicendo (8). *Viveva in Francia a que' dì un' uomo immortale, il quale studiava le antiche cose colle medesime mire. Era questi il Sig. Conte di Caylus, che aveva altronde sulle belle arti delle cognizioni più esatte, e più profonde, essendo un abile artista egli stesso; onde i suoi scritti sono per questa parte preferibili a tutti gli altri. Winkelmann che tali abilità non avea, fu però superiore a lui per una erudizione classica, e per avere studiate principalmente le opere grandi che in Roma avea sott' occhio, mentre che il Conte Caylus non potè occuparsi che in piccoli lavori, che nella sua collezione ha sì maestrevolmente rischiarati.* Nè altrimenti ancora pensò il celeberrimo Spagnolo Abate Requenos, il quale nella prefazione del libro p. 31. (*Saggi sul ristabilimento dell' antica arte de' Greci, e Romani Pittori &c.*) così si esprime: *Winkelmann volle emendare i loro falli*, (cioè del Sig. Durand, e Monier) *e scrisse dell' arte antica; ma frattanto che esso fa da Antiquario, esaminando le statue, e i bassirilievi, e cammei, si palesa accorto, ed erudito, e lo rispetto: quando vuol farla però da filosofo intorno alla causa dell' eccellenza, e del buon gusto de' Greci, si mostra mancante assai di dialettica, e di raziocinio. Quando fa da Storico trovo in lui falli inescusabili. Egli poi mi sembra un entusiasta nel lodare alcune opere de' Greci artisti: Ragionando però interno al giusto merito della coltura de' Greci pennelli, non eccede i ragionevoli confini nel conchiudere, e giudicare. E nel catalogo che tesse degli Statuarj, non fa altro che sfiorare l' erudizione dell' alfabeto di Giunio. Un tal Autore a dire il vero non può servire al ristabilimento, (se non in quanto esamina le statue antiche da copiarsi da' dilettanti, e professori) non solamente per ciò che parla quasi solo della Statuaria col suo autore favorito Pausania; ma per ciò che niente accenna dell' istoria nè de' metodi dell' antica pittura.* Ma quantunque Winkelmann meriti le sue censure, contuttociò è grande l' ammirazione, che hanno di lui, e singolarmente il Sig. Fea che in Roma intraprese di ristampare la Storia delle arti per incolparmi degli errori, e dirmi delle ingiurie. Aggiunse, se alcuno l' ascolta, Winkelmann non avere l' eguale. Niente è nell' antichità, che esso non conosca, e talmente sostiene le sue spiegazioni, che sarebbe un delitto di dubitare dei detti del medesimo, come fossero oracoli di Apollo; perciò io sono dal Sig. Fea messo in derisione, perchè sono ignaro nell' antichità, e nel Gius Naturale, e pubblico (9), perchè io ho difeso l' aureo libro di Marco Aurelio contro il sentimento di Winkelmann (10), e nessuna occasione tralascia d' ingiur armi; Ma quanto sia la verità, facilmente può intendersi da queste cose, le quali io di volo soggiungerò, che saranno bastanti a dimostrare il naturale dell' uomo. Dice pertanto che io ho riportata una inscrizione scorretta (11),

 quan-

(8) Elogio di Winkelmann pag. 46. edizione di Milano. Vedi ancora vol. 1. p. 317. e vol. 2. p. 161. e principalmente pag. 241.

(9) Fea Storia delle Arti v. 3. p. 249. Voi carifs. Sig. Fea, che professate ancora il Gius naturale, e pubblico, perlaqualcosa vi prego che ascoltiate. *Questi sono i precetti della Legge: Vivere onestamente, non offendere altrui ec.* Dunque perchè m'avete sì ingiustamente lacerato, senza avervi io mai offeso. Di nuovo ascoltate a questo proposito il Ch. Sig. Mariette (Traité de Pierres Gravées pag. 295.) *Il est permis de penser autrement que les autres, & il est louable de faire valoir son opinion, mais on ne doit outrager personne, encore moins ceux, de qui l' on n' à recù aucune offense, & qui se tenant tranquilles, ne cherchent, ni á nuire, ni á dominer.* L' egregio illustratore del Museo Pio-Clementino descritto dal Sig. Ennio Quirino Visconti (vol. 2. in fol.) non conviene in alcune cose con me, ma egli lo fa con quella moderazione, che piacesse a Dio, che tutti imparassero ad imitare sì celebre letterato.

(10) Del libro di M. Aurelio. Vedi vol. 1. p. 17. Nota 6.

(11) Fea vol. 3. p. 248.

omnis error in nimia coniunctione verborum conſiſtat mihi culpae vertit, quod, cum nominaſſem celebriores Clypeos (12), *Scipioni Gallicum tribuerim. At tum mihi mens erat diſſertationem de eo ſcribere, nominare illum volui. Secutus ſum illuſtriorum ſcriptorum de illo ſententiam* (13).

Dignus forſan nota ſum, quod affirmaverim, Antinoum (14) *qua maxime ornatur Albania Villa Romae, geſtaſſe manu ſiniſtra coronam, cuius reliquias mihi videre viſus ſum in ipſa manu; neſcio an verae coronae ſimilitudo ab illuſtri artifice huius anaglyphi reſtauratore proſequutae me deceperit. Si erravi, error habet aliquid excuſationis, quae probari poſſe videtur. An poteſt eſſe ulla Winkelmanno affirmanti rexiſſe Antinoum manu illa habenas! Quae rectoris in illo ſigna apparent? Nulla ſane.*

Inſtat & urget iniquus accuſator, & quae de gemma Iunonis Lanuvinae (15) *profert, indigna homine ſunt, cui cor ſapiat. Hic in eum injurias, quas in me evomuit, retorquere licet, quemadmodum nos docet Laertius.* Iniuria injuſte irrogata, ejus eſt infamia, qui facit. *Ariſtotelem quoque addamus* (*Lib. I. Ethic. cap. 5. p.* 86.) Cum ex voluntate laeſerit quiſpiam, tunc demum injuſtus, & pravus eſt. *Ipſi quidem aut numquam videre contigit huiuſmodi gemmam, aut ſi contigit, mirari debemus non diſtinxiſſe vultum foeminae, qua nulla pulchrior eſt, a vultu juvenis. Qui hanc pretioſam gemmam poſſidet Rendorp Praefectus Amſtelodamenſis, omne ei dubium adimere poterit. Idcirco vero ex hac gemma occaſionem arripui confutandi Winkelmann* (16), *quia inconſulte affirmaverat illa repraeſentari Theſeum Leonis pelle obtectum.*

Quem in me gerat animum humaniſſimus Fea, ex his argumentari licebit. Inquit ille (17). Il Sig. Abate Bracci vuol che ſtimiamo queſte gambe di Achille ſulla ſua parola, e tronfio di contradire a Winkelmann a forza d' ingiurie, e di ſpropoſiti. *Sus Minervam*, più che *ex pede Herculem*; ſenza neppur conoſcere le lettere Greche, ha il coraggio di riprenderlo in tuono magiſtrale, quaſi che vergognoſamente sbagli nell' intendere l' iſcrizione accanto ad eſſe ... ΙΝΤΟϹ ΑΛΕΞΑ. per quinto figliuolo di Aleſſandro, in vece di Quinto Aleſſa. Egli anzichè riportarci degli altri ALEXA nelle iſcrizioni Latine, e negli Scrittori, ci doveva dare eſempi, ove ſi vedeſſe che i Greci foſſero ſoliti mettere nelle iſcrizioni ſulle gemme, ed altri monumenti il loro nome, e prenome, ſe pur l' avevano, e che il nominativo dei Maſcolini della prima declinazione nella loro lingua finiſca in A, e non in AC; non potendoſi dire, che quivi ſia l' abbreviatura dell' ultima lettera, come avrebbe almeno ſpacciato il Sig. Ab. Bracci; poichè ſimili abbreviature non ſoleano farſi preſſo i Greci, nè preſſo i Romani, e nella gemma vi era luogo da mettere anche delle lettere. Un ſolo argumento potrebbe rilevare a ſuo favore il Sig. Abate Bracci, e ſarebbe l' inavvertenza degli Autori della deſcrizione del Muſeo Tiepolo, ove i Genitivi Greci in A del nome di Galba, ed altri gli ſpiegano in latino per nominativi. *Bone Deus! quot cenſor meus conglomeravit errores! Si illum auſcultas, me dixiſſe, quod numquam dixi, arbitraberis. In explicanda illa gemma ſecutus ſum ſententias virorum doctiſſimorum Gori, & Vectori. En verba mea.* Nobilitate, virtute non minus, ac eruditione ſpectabilis vir eques Franciſcus Victorius Romanus

(12) *Fea vol. 2. pag.* 309.

(13) *Vide Bracci Clipeo votivo pag.* 73.

(14) *Fea vol. 3. pag.* 448. *&c.*

(15) *Fea vol.* 3. *pag.* 442. *&c.*

(16) *Vide Bracci Comment. vol.* 1. *pag.* 270. *& ſeq.*

(17) *Fea vol.* 3. *pag.* 466.

quando tutto l'errore conſiſte nella troppa unione o attaccatura delle lettere. M' incolpa, perchè avendo nominato i più celebri Clipei (12), abbia attribuito quello di Francia a Scipione. Non riguardava a me di fare una diſſertazione ſopra queſto Clipeo; io lo volli nominare, ed ho ſeguitato il ſentimento de' più illuſtri Scrittori (13).

Degno forſe ſono di biaſimo, perchè ho detto, che l' Antinoo (14), grandiſſimo ornamento della Villa Albani di Roma, tiene nella ſiniſtra mano una corona, una parte della quale mi parve di vedere nell' iſteſſa mano, che poi il valente Scultore che reſtaurò queſto ſingolariſſimo baſſorilievo proſeguiſſe nel farci una corona. Io non sò ſe la ſomiglianza della corona mi abbia ingannato; laſcio benvolentieri il deciderne a quelli che vedranno queſto baſſorilievo. Ma certamente Antinoo non terrà le redini, come affermò Winkelmann, perchè non è ſicuramente in queſta attitudine.

Mi conculca, e mi opprime ingiurioſamente l' ingiuſto accuſatore, e quelle coſe che proferiſce della gemma di Giunone Lanuvina (15), ſono indegne di un uomo, che abbia buon ſenſo. E' lecito ritorcere l' ingiurie che avete detto contro di me, come l' inſegna Laerzio. *L' ingiuria fatta ad altrui ingiuſtamente, ridonda in infamia di chi la fà.* Aggiunghiamo ancora Ariſtotile (Lib. I. Ethic. c. 5. p. 86.) *Quando alcuno avrà offeſo volontariamente un' altro, allora ſenza dubbio l' uomo è ingiuſto e maligno.* Eſſo certamente non ha veduto mai queſta gemma, e ſe egli l' ha veduta, ciaſcuno ſi maraviglierà non avere diſtinto il volto di una femmina, che non può eſſer di maggior bellezza, dal volto di un giovine. Il Sig. Rendorp Borgomaſtro di Amſterdam che poſſiede queſta prezioſa gemma, potrà togliere ogni dubbiezza. Per la qual coſa preſi occaſione da queſta gemma di confutare Winkelmann (16), perchè troppo inconſideratamente, e ſenza conſiglio aveva affermato rappreſentare un Teſeo coperto colla pelle di Leone.

Quale animo abbia contro di me il gentiliſſimo Signor Fea, da queſto facilmente ſi potrà argomentare. Egli dice (17). *Il Signor Abate Bracci vuol che ſtimiamo queſte gambe di Achille ſulla ſua parola, e tronfio di contradire a Winkelmann a forza d' ingiurie, e di ſpropoſiti*; Sus Minervam *più che* ex pede Herculem, *ſenza neppur conoſcere le lettere Greche, ha il coraggio di riprenderlo in tuono magiſtrale, quaſi che vergognoſamente sbagli nell' intendere l' iſcrizione accanto ad eſſe* . . . INTOC ΑΛΕΞΑ *per quinto figliuolo di Aleſſandro, in vece di quinto Aleſſa. Egli anzichè riportarci degli altri* ALEXA *nelle iſcrizioni Latine, e negli Scrittori, ci doveva dare eſempi, ove ſi vedeſſe che i Greci foſſero ſoliti mettere nelle iſcrizioni ſulle gemme, ed altri monumenti, il loro nome, e prenome, ſeppur l' avevano, e che il nominativo dei Maſcolini della prima declinazione nella loro lingua finiſca in A, e non in AC; non potendoſi dire, che quivi ſia l' abbreviatura dell' ultima lettera, come avrebbe almeno ſpacciato il Signore Abate Bracci; poichè ſimili abbreviature non ſoleano farſi preſſo i Greci, nè preſſo i Romani, e nella gemma vi era luogo da mettere anche delle lettere. Un ſolo argumento potrebbe rilevare a ſuo favore il Sig. Abate Bracci, e ſarebbe l' inavvertenza degli Autori della deſcrizione del Muſeo Tiepolo, ove i Genitivi Greci in A del nome di Galba, ed altri gli ſpiegano in latino per nominativi.* Dio immortale! quanti errori ha ammaſſato il mio Cenſore! Se l' aſcolterai, giudicherai che io abbia detto ciò che io non ho mai detto. Nello ſpiegare queſta gemma ho ſeguitato il ſentimento di Gori, e Vettori, uomini dottiſſimi; Ecco le mie parole. *Il Commendator Franceſco Vettori di Roma non tanto per lo ſplendor de' natali, che per l' erudizione riguardevoliſſimo, pubblicò un' eccellente libro intitolato* Diſſertatio Glyptographica.

(12) Fea vol. 2. p. 309.
(13) Vedi Bracci Clipeo Votivo pag. 73.
(14) Fea vol. 3. p. 448. &c.
(15) Fea vol. 3. p. 442. &c.
(16) Vedi Bracci Comment. vol. 1. p. 270. e ſeg.
(17) Fea vol. 3. p. 466.

nus libellum eximium evulgavit, cui titulum fecit, Dissertatio Glyptographica. In eo quaecumque ad Artificem Alexam spectant, Heroemque in gemma hac expressum, tanto ingenio & eruditione pertractata, & illustrata sunt, ut nihil supra. Et quoniam plagiarii nomen semper abhorrui, hinc lubentius ipsamet eiusdem verba referam. Eius scripta compilare non est animus, cuius me sectatorem libenter profiteor, ideoque ipsius verba referam &c. *Ex his facile erit conjicere D. Feam minime legisse meum librum. Quare cum illo nunc agam, ut olim egi cum Winkelmannio.* Hanc Quinti Alexae gemmam primum Clar. Ant. Fr. Gori in Museo Florentino vol. 2. p. 155. Tab. 97. n. 1. ex dactyliotheca Victoria vulgavit, eamque praestantissimus Antiquarius illustrans, ostendit, *Achillem armis ocreisque instructum ad bellum proficiscentem, in quo gemmae scite suppletae fragmento scriptum est nomen Artificis Quinti Alexae, quod ad hoc tempus incognitum fuit.* Tamen Abbas Winkelmann in libro saepius citato, *Description des Pierres Gravées du Feu B. Stosch* p. 166. de hac gemma locutus, haec effatur. *Pate de verre prise d' une Sardoine du Cabinet du Chev. Vettori de Rome fragment. Il ne contient que les deux jambes jusque a mi-cuisse avec l' inscription* INTOC AΛEΞA EΠOIEI. Diligens antiquarius indicare debuisset crura Ochreis obtecta. Sed maiora sunt quae infra nobis sunt observanda: *M. l' Abbè Bracci dans une planche de son ouvrage des pierres gravèes a fait suppleer le reste de la figure,* Expede Herculem, *comme si elle étoit entiere.* Ex pede Herculem formavit, ac si integeret esset. O vere praeclarum ingenium, seu potius ridiculum caput. Mihi supplementum attribuit, dum triginta annis ante, quam egomet opus aggrederer (*nunc sunt quinquaginta*) gemma suppleta erat, eamque ita suppletam Gorius, & Victorius ediderant, quod nec ipse Winkelmann ignorabat; nam loca indicat in notis, ubi clar. viri publici juris hanc gemmam fecere (18). *Quaeso, mi Fea, cur huius gemmae inscriptionem omnino mutilam affers? Si tibi presso vestigio Winkelmannum sequi mens erat; (nam & ipse obtruncatam exhibet inscriptionem) non ignorasses profecto Gorium* (19) *& Victorium* (20) *integram exhibuisse inscriptionem, quae sic habet.*

KOINTOC	*Quintus*
AΛEΞA	*Alexa*
EΠOIEI.	*Faciebat.*

Unde fingis tibi, hoc loco verbum ALEXA indicare Quintum filium Alexandri? Exigis a me, qui Alexae tribui illud opus, & illam inscriptionem, ut Alexam aliis monumentis extitisse probem, idque praestiti in medium afferens ex Fabretto (21) *inscriptionem:* L. Licinius L. Ɔ. Alexa curator viarum &c. *Non aeque facile persuadere poteris in verbo Alexa aliquem Alexandri filium contineri.*

Dubitare videris, num Graeci mos esset nomen, & praenomen, si tamen (*inquit*) habebant praenomen idem inscribere in gemmis aliisque monumentis. *Omne tibi dubium adimere poterit gemma exhibens Diomedem & Ulyssem* (22), *cum hac inscriptione* KAΛΠOΥPNIOΥ CEOΥHPOΥ ΦHΛIΞ Calpurnii Severi Felix faciebat. *Affirmas etiam, ut eruditionem ostentes,* che il nominativo dei mascolini della prima declinazione nella loro lingua finisca in A, e non in AC. Non potendosi dire che quì vi sia l' abbreviatura dell' ultima lettera, come avrebbe almeno dovuto spacciare il Sig. Abate Bracci, poichè simili abbreviature non soleano farsi, nè presso i Greci, nè presso i Romani, e nella gemma vi era luogo da mettere an-

(18) *Vide in hanc rem Bracci Comment. vol.* 1. *pag.* 40. *& seq.*
(19) *Mus. Florent. Tab.* 97. *n.* 1.
(20) *Differt. Glypt. pag.* 1.
(21) *Fabbretti Inscript. cap.* 6. *n.* 59. *pag.* 449.
(22) *Bracci Comm. v.* 2. *Tab.* 76. *Stosch Gem. p.* 148.

phica. *In questo libro sono trattate, ed illustrate con tanto ingegno, ed erudizione tutte quelle cose, che appartengono all' Artefice Alexa, e all' Eroe espresso in questa gemma, che nulla di più si può dagli eruditi desiderare. Siccome ho aborrito sempre il nome di plagiario, perciò ben volentieri riporterò l' istesse sue parole ec.* Da queste cose facilmente si può congetturare, che il Sig Fea non ha letto il mio libro. Per la qualcosa io dirò a lui ciò che dissi a Winkelmann: *Questa gemma di Quinto Alexa fu la prima volta pubblicata dal Chiarissimo Dottor Gori nel Museo Fiorentino vol. 2. p. 155. tav. 97. n. 1. dal Museo Vettori, ed illustrandola il celeberrimo antiquario ci addita un* Achille armato coll' Ocree nell' atto di partire per la guerra, nel qual frammento della gemma egregiamente supplito, è inciso il nome dell' artefice Quinto Alexa, che fino a questo tempo è stato a noi incognito. *Contuttociò l' Abate Winkelmann nel suo libro spesso citato:* Description des Pierres Gravées du Feu B. Stosch *pag. 166. così parla di questa gemma.* Pate de verre prise d' une Sardoine du Cabinet du Chev. Vettori de Rome fragment. Il ne contient que les deux jambes jusque a mi-cuisse avec l' inscription: INTOC ΑΛΕΞΑ ΕΠΟΙΕΙ. *Un diligente autiquario avrebbe dovuto indicare le gambe coperte d' Ocree. Ma maggiori cose son quelle, che più a basso ci fa d' uopo d' osservare.* M. l' Abbè Bracci dans une planche de son ouvrage des pierres gravées a fait suppleer le reste de la figura. *Ex pede Herculem*, comme si elle etoit entiere. *Da un piede ne ha formato un Ercole, come se fosse intero. O veramente bellissimo ingegno, o piuttosto testa ridicola! Mi attribuisce di aver fatto supplire questa gemma, quando trenta anni prima, che io principiassi questa mia fatica, ed ora sono cinquanta, era già stata supplita, e tale quale l' avevano data alla luce Gori, e Vettori, la qualcosa nemmeno l' istesso Winkelmann ignorava indicando nelle note i luoghi, ed il tempo dove questi chiarissimi uomini pubblicarono questa gemma* (18). Di grazia caro Sig. Fea, perchè riportate del tutto mutilata l' iscrizione di questa gemma? Se avevi volontà da seguitare del tutto Winkelmann (perchè ancor egli riporta l' iscrizione mutilata) non poteva certamente ignorare aver pubblicata Gori (19), e Vettori (20) intiera questa iscrizione, la quale dice così.

ΚΟΙΝΤΟΣ	Quinto
ΑΛΕΞΑ	Alexa
ΕΠΟΙΕΙ.	Faceva.

Come vi figurate in questo luogo, che la parola ALEXA voglia indicare Quinto figlio di Alessandro? Voi esigete da me, che ho attribuito quella opera, e quella iscrizione ad Alexa, e che io provi essere esistito qualche Alexa in altri Monumenti, e ciò ho fatto riportando l' iscrizione di Fabbretti (21) *L. Licinius L. Ɔ. Alexa Curator viarum &c.* Non tanto facilmente potrete persuadere, che la parola Alexa possa esprimere il figlio di Alessandro.

Pare che voi dubitiate, se i *Greci fossero soliti mettere nelle iscrizioni sulle gemme, ed altri monumenti il loro nome e prenome, se pur* (come voi dite) *l' avevano.* Ogni dubbio sarà tolto dalla gemma rappresentante Diomede ed Ulisse (22) con questa iscrizione ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΥ ΣΕΟΥΗΡΟΥ ΦΗΛΙΞ *Felice di Calpurnio Severo Faceva.* Affermate ancora per far pompa di erudizione, *che il nominativo dei mascolini della prima declinazione nella loro lingua finisca in A, e non in AC. Non potendosi dire che quì vi sia l' abbreviatura dell' ultima lettera, come avrebbe almeno dovuto spiccare il Sig. Ab. Bracci, poichè simili abbreviature non soleano farsi, presso i Greci, nè presso i Romani, e nella gemma vi*

era

(18) Vedi a questo proposito Bracci Memorie ec. vol. 1, pag. 41. e seg.

(19) Mus. Florent. Tab. 97. N, 1.

(20) Differt. Glypt. p. 1.

(21) Fabbretti Inscr. cap. 6. n. 59. p. 449.

(22) Bracci Comm. v. 2. Tab. 76. Stosch Gem. p. 148.

anche due lettere. (*Hinc perinde ac si memet excusare velit*. (*Videas quaeso quem patronum nactus sim*! Un solo argomento potrebbe rilevare a suo favore il Sig. Ab. Bracci, e sarebbe l'inavvertenza degli Autori della Descrizione del Museo Tiepolo, ove i genitivi Greci in A del nome di Galba, ed altri gli spiegano in Latino per nominativi. *Grammatici personam non feliciori successu, quam Antiquarii geris, inquiens Nominativum masculinum primae declinationis desinere in A. Omnia enim fere numismata Galbae habent nominativum in A.* ΣΕΡΟΥ ΓΑΛΒΑ (23) Servius Galba. *Ita etiam in celeberrimo Caesareo Museo a clar. viro Eckhel descripto* (24).

ΓΑΛΒΑ ΑΥΤΟΚ. Imp. Galba.
ΣΕΡΟΥΙ. ΓΑΛΒΑ Servius Galba.
ΣΟΥΛΠ ΓΑΛΒΑ. Sulpicius Galba.

Perraro, ut in Museo Britannico (25), *Galbae nomen desinit in AC. Quod dico non ut me solum, sed etiam ut defendam explicatores numismatum, quae ornant Museum Thiepolum, quos injuste & injuriose coarguis.*

Nemo vel mediocriter in studiis antiquitatis eruditus ignorat, numismata Imp. Graeca & Latina nomina eorum, ad quos pertinent, nominativo casu fere semper expressa habere (26): *Quandoque integra scribuntur, quandoque prioribus litteris indicantur; Vehementer igitur errat Fea affirmans*, che simili abbreviature non soleano farsi nè presso i Greci, nè presso i Romani (27); *Addit praeterea* che nella gemma vi era luogo da mettere anche due lettere. *Deerat profecto omnino locus, sed si artifex indicare voluisset Quintum Alexandri filium, ut somniat Fea, scripsisset quidem* ΚΟΙΝΤΟϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΟΙΕΙ Quintus Alexandri faciebat, *quemadmodum se gessit Eutyches in Minervae gemma*. ΕΥΤΥΧΗϹ ΔΙΟϹΚΟΥΡΙΔΟΥ; Eutyches Dioscoridis (28).

Quae dum scribimus, nolo quis arbitretur, nos refugere ab admonitionibus, si aequae sint probatur enim mihi illa Terentiana sententia (29).

Corrigenda si qua sane visa vobis hic erunt,
Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea,
Quin statim culpenda delens praebeam rectis locum.

Ea propter rogavi amicos, ut mihi de universo opere candide judicium exponerent suum; Neque his modo, sed & iis, quorum ope valde usus sum, vel ad convertenda in Italicum Sermonem Graecorum Latinorumque poetarum carmina, quae simul collecta Mediolani edita fuerunt, vel ad ipsum opus quomodocumque ornandum perpoliendumque, plurimum me devinctum esse confiteor.

Ne laudatores nominem meos moderatio quaedam exigit; silere tamen non debeo me a Summo Pontifice Pio Sexto, quem Regiis immortalibus suscipiendis perficiendisque operibus Catholicae Ecclesiae bono diu sospitem esse precor, cum operis primi Volumen ei obtulissem, accepisse literas plenas humanitatis, & charitatis, quae non parum animi mihi addiderunt ad inceptum iter persequendum.

(23) *Carol. Patin. Numismata Imp. pag.* 228. *Vide Musei Arrigoni Numismata Graeca Tab. VI.*

(24) *Eckhel Catalogus Musaei Caesarei Vindobonensis &c.*

(25) *Vol.* 2. *Tab.* 4. *num.* 1. *pag.* 193.

(26) *Vide Thesaur. Morell. Tab. XX. N. I. II. III. IV. V. in numismat. Iulii Caesaris. Vide etiam Gesnerum in numismat. M. Antonii Tab. XI. & XII. & Augusti Tab. XVII.*

(27) *Vide Gesnerum Numismata Regum Macedoniae Tab. II. N.* 6. ΦΙΔΙΠ *pro* ΦΙΛΙΠΠΟΥ *Tab. VI. N.* 17. ΛΥΣΙΜΑΧ *pro* ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. *Et Gesnerum Numism. Imperat. Tab. XXXI. N.* 22. ΙΟΥ *pro* ΙΟΥΛΙΑ *Tab. XXXIII. N.* 26. ΤΙ *pro* ΤΙΒΕΡΙΟΣ & *Tab.* 43. *N.* 7. & 13. ΚΛΑΥ. *pro* ΚΛΑΥΔΙΟΣ.

(28) *Bracci Comment. vol.* 2. *p.* 92.

(29) *Cap.* 2. *de Syllabis v.* 46. *pag.* 1249.

era luogo da mettere anche due lettere, (come se volesse scusarmi. (Vedi in grazia qual difensore abbia io ritrovato). *Un solo argomento potrebbe rilevare a suo favore il Signor Ab. Bracci, e sarebbe l' inavvertenza degli Autori della Descrizione del Museo Tiepolo, ove i genitivi Greci in A del nome di Galba, ed altri gli spiegano in Latino per nominativi*. Non con più felice successo fate il Grammatico, come l' Antiquario dicendo, che il nominativo della prima declinazione termina in A. Tutte quasi però le Medaglie di Galba hanno il nominativo in A. ΣΕΡΟΥ ΓΑΛΒΑ. (23). Servius Galba, così ancora nel celeberrimo Museo Cesareo (24) descritto dal chiar. Letterato Eckhel:

ΓΑΛΒΑ, ΑΥΤΟΚ. *Imp. Galba.*
ΣΕΡΟΥΙ. ΓΑΛΒΑ. *Servio Galba.*
ΣΟΥΛΠ. ΓΑΛΒΑ. *Sulpicio Galba.*

Rarissimamente il nome di Galba termina in AC. come nel Museo Britannico (25). Dico ciò non solamente per difender me stesso, ma ancora gl' illustratori delle Medaglie, che ornano il Museo Tiepolo, i quali secondo il vostro costume ingiustamente, e ingiuriosamente accusate.

Nessuno ignora, perquanto sia mediocremente versato negli studi delle Antichità, che le Medaglie Imperiali Greche, e Latine hanno quasi sempre espresi nel nominativo i nomi di coloro ai quali spettano (26): Alcune volte sono scritti intieramente, ed alle volte colle prime lettere indicati; grandemente adunque sbaglia il Sig. Fea affermando, *che simili abbrievature non soleano farsi nè presso i Greci, nè presso i Romani* (27). Aggiunge inoltre, *che nella gemma vi era luogo da mettere anche due lettere*. Mancava del tutto certamente il luogo, ma se l' artefice avesse voluto dire Quinto figlio di Alessandro, come sogna lo stesso Sig. Fea, averebbe sicuramente scritto ΚΟΙΝΤΟϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΟΙΕΙ. Quinto Alessandro faceva come fece Eutiche nella gemma di Minerva ΕΥΤΥΧΗϹ ΔΙΟϹΚΟΥΡΙΔΟΥ Eutiche di Dioscoride (28).

Io non voglio che si giudichi essere io nemico di cedere alle altrui opinioni, se sono giuste: Imperocchè io approvo la sentenza di Terenzio (29).

Se alcune cose quì parranno a voi	*Sarò sì amante, che non dia ben tosto*
Degne di correzione, io stoltamente	*Luogo alle cose rette, cancellando*
Non osterò, nè degli scritti miei	*Quelle che degne sembreran di biasimo.*

Per la qual cosa ho pregato i miei Amici, che mi dicessero sinceramente il loro parere intorno a tutta la mia opera. Ad alcuni di essi mi dichiaro debitore, perchè mi hanno assistito a tradurre in versi i Poeti Greci, e Latini, i quali mancano nella raccolta dell' edizione di Milano. A tutti questi io confesso essere molto tenuto, avendo contribuito a rendere più ornata, e perfetta la mia opera.

Una certa dovuta moderazione esige da me, che io non nomini quelli, che hanno fatto di me, e delle mie fatiche onorata memoria. Io non devo però tralasciare di parlare del Sommo Pontefice Pio Sesto, il quale perchè nato ad intraprendere, e condurre felicemente a perfezione regie ed immortali imprese, desidero di vivo cuore, che viva lunghi giorni, e felici a vantaggio, e decoro della Chiesa Cattolica. Avendo io umiliato al Sagro Trono il primo Volume della mia opera, fui onorato da una Lettera piena di umanità, e di affetto, che sempre più m' incoraggì a proseguire l' incominciato lavoro.

(23) Carol. Patin. Numis. p. 228. Vedi Musei Arrigoni Numismata Graeca Tav. VI.

(24) Eckhel Catalogus Musei Caesarei Vindobonensis.

(25) Vol. 2. Tab. 4. N. I. p. 193.

(26) Vedi Thesaur. Morelli Tav. XX. p. 576. N. I. II. III. IV. V. nelle Medaglie di Giulio Cesare. Vedi ancora Gesnero nelle Medaglie di M. Antonio Tav. XI. e XII. e di Augusto Tav. XVII. ec.

(27) Vedi Gesnero Numismata Regum Macedoniae Tav. II. N. 6. ΦΙΛΙΠ invece di ΦΙΛΙΠΠΟΥ Tav. VI. Num. 17. ΛΥΣΙΜΑΧ, invece di ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ, Gesnero Numism. Imperat. XXXI. N. 22. ΙΟΥ invece di ΙΟΥΛΙΑ Tav. XXXIII. N. 26. ΤΙ. invece di ΤΙΒΕΡΙΟΣ e Tav. 43. n. 7. e 13. ΚΛΑΥ invece di ΚΛΑΥΔΙΟΣ &c.

(28) Bracci Comment. vol. 2. p. 92.

(29) Cap. 2. de Syllabis v. 46. pag. 1249.

LIV.

ADONIS.

COIMI OPUS,

Onychi Inciſum.

APUD PRINCIPEM DE LICHTESTEIN VINDOBONAE.

Lar. Baro de Stoſch in Adonid. gemma ſatis loquitur de huius Artificis excellentia, peritiſſimuſque Natterius in Fauni gemma (1). *Stoſch haec verba ſunt.* Hunc inſculpendum (*ideſt Adonidem*) Onychi delegit Coinus (2) inſignis Artifex, licet malo ſuo fato a Scriptoribus praetermiſſus, ideoque quo tempore vixerit, incertum ſit (3). Apollonidis tamen (4) diligentiam imitatus videtur, cuius fortaſſe diſcipulus fuit, mirandamque corporis pulchritudinem in tam parva gemma feliciter expreſſit, ut Plinianum (5) illud dici poſſit: *In arctum coarcta rerum naturae maieſtas.* Adoleſcens igitur ea aetate, qua ipſum Adonidem deſcripſit Theocritus (6):

. . . . Roſeis brachiis Adonis
Octo & decem annos, vel novem & decem, ſponſus:
Nondum pungit oſculum in roſeis eius labris.

Corpore nudus eſt, ac ſiniſtro cubito rotundae baſi innititur, apertaque fere manu inclinatum venabulum ſuſtinet, in hanc partem paululum pectus inflectit, recedentibus iliis, dexterum autem brachium anſatum fulcit inverſa ac curvata manu, applicata prominenti femori, quod ob candorem laudat Bion (7). Hinc, ut Philoſtrati verbis utar (8): *Tibiae ipſi bene firmae, & ad ferendum in curſu idoneae, cominus item initum certamen ſuſtinentes, bonaeque in eo cuſtodes.* Dextero pedi toto fere corpori incumbit, genuque ſiniſtro leniter deflexo, extremis pedis digitis, elevata planta ſolum calcat, intentis oculis venaticum canem intuetur, qui viciſſim herum ſuum reſpicit, venationis cupidiſſimus adoleſcens, quae illi tandem exitium attulit. Obſervatione dignum eſt, quod cum veteres Scalptores nullam fere proportionem ſervarent inter homines & animalia, quae in eodem marmore effingebant, longe haec enim minora, quam cum proceritate hominum comparata

(1) *Natter Traité des Pierres &c. Tab. 22. p. 35.*

(2) *Stoſch Gem. p. 30. in qua animadvertendum eſt clar. virum in exprimendo huius artificis nomine lapſum fuiſſe, quum Coinus pro Coimo ſcripſerit.*

(3) *Ego ſane Hadriani Imp. tempeſtate illum floruiſſe exiſtimarem.*

(4) *Nimis periculoſum Stoſch judicium videtur, quum Apollonidis nullum prorſus ſuperſit opus praeter Taurum humi jacentem, ex quo artificis ſtylum praeſertim in hominibus efformandis dignoſci non poſſe arbitror.*

(5) *Plin. Proem. lib. 37.*

(6) *Theocr. Id. 15. v. 128. Dici etiam poſſet cum Ariſtaenet.* Adonis puellarum deſiderium.

(7) *Bion in Epitaph. Adon. v. 6.*

(8) *Philoſtr. Imag. in Meleag. Icon XV. p. 887.*

LIV.

ADONE.

OPERA DI COIMO,

Incisa in un Onice.

APPRESSO IL PRINCIPE DI LICHTESTEIN A VIENNA.

Il Sig. Abate Winkelmann (25) pare di dubitare d' una gemma rappreſentante Perſeo dicendo. *Perſée ſon bouclier a ſes pieds, tenant la harpe de la main droite, & de la gauche la tête de Meduſe, à coté il y a les caractéres* ΔΙΟCΚ, *qu'on pourroit prendre pour le nom abregé du célèbre Dioſcoride, comme a fait avec moins de fondement M. Zannetti.* Io ſopra di ciò convengo nel di lui ſentimento.

Un altra immagine di Perſeo, quaſi conſimile al Perſeo Farneſiano, opera di Dioſcoride, ſi trova nel celebre Muſeo Medina di Livorno al num. 111., quantunque da un ignorante autore di un libricciuolo intitolato: *Catalogo del prezioſo Muſeo di Pietre intagliate, e Cammei appreſſo le Signore de Medina in Livorno, Livorno* 1542. *in* 4. ſia attribuita ad Achille armato di aſta, e con una groſſolana ignoranza ſia ſtato così ſcritto il nome di Dioſcoride ΑΙΟCΚΟΥΡΙΑΟU invece di ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΟΥ Queſta gemma certiſſimamente è opera di Flavio Sirleti, il quale la vendè per opera di Dioſcoride.

Appreſſo il Sig. Giacomo Merſen Patrizio di Middelburgo giovine pregiatiſſimo per il ſuo carattere amabiliſſimo, vidi un Cammeo ſcolpito in onice con eccellente maeſtria lavorato, rappreſentante una teſta di Meduſa di faccia. Queſta gemma è fregiata col nome abbreviato del celeberrimo Dioſcoride, cioè ΔΙΟC in vece di ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΟΥ. Queſto famoſo nome è ſenza eſitazione alcuna antico, come convengono i peritiſſimi Artefici Pikler. Le lettere di queſto artefice benchè ſiano diligentemente formate, contuttociò nulla corriſpondono a quelle di Dioſcoride. Perciò ſe queſto non foſſe un altro Dioſcoride, io giudicherei quelle lettere eſſere ſtate fatte da qualche altro artefice antico per ingannare. Nè deve ciò recar maraviglia: imperocchè come noi ſappiamo da Fedro Lib. V. fav. 1. ciò fu praticato ancora dagli antichi artefici.

Sappi avverrà ſol per cercarmi ſtima
E credito maggior, ſeguendo certi
Fabri del ſecol noſtro, i quai più largo
Traggon dell' opre lor prezzo, ſe 'l nuovo
Marmo, e l' argento effigiato or ora,
Qual Praſſitele nella baſe ha ſculto,
Queſto Miron.

Aggiunger ſi può ciò, che dice Montfaucon nel Diario Italico pag. 191. *dei Cavalli di Greca Scultura collocati ſulla piazza del Palazzo Pontificio Quirinale, tenuti da due Eroi. Nella baſe ſi legge ſcolpito OPVS PHIDIAE. OPVS PRAXITELIS; cioè Opera di Fidia, Opera di Praſſitele. E' invecchiata opinione eſſere le ſtatue di Aleſſandro Magno. Ma ſiccome Fidia, e Praſſitele ſono viſſuti avanti Aleſſandro Magno, queſte Statue o ſono d' altri artefici, o pure non rappreſentano Aleſſandro Magno. Ma è chiariſſimo, che le iſcrizioni di ſopra mentovate ſiccome latine non poſſono eſſer ſtate fatte nei tempi di Fidia, e di Praſſitele, nè di Aleſſandro Magno; Ma dopo d' eſſere ſtate traſportate a Roma, per una certa opinione, eſſere ſtati meſſi queſti nomi. Del tempo che ſono ſtate inciſe, niente, o nulla mi viene in mente. Avanti che foſſe nata la ſtampa, ci è uno Scrittore, che fa menzione di queſte Statue con le dette iſcrizioni; Queſti è uno Anonimo del XIII. Secolo, il quale ſecondo il ſuo ſolito ſpaccia, intorno a queſte coſe ſciocchiſſime favole.*

Tutte le lodi che mai ſi poſſono immaginare per encomiare Dioſcoride ſono minori del di lui ſublime merito per conſenſo univerſale di tutti quelli che baſtantemente comprendono i di lui lavori. Per la qual coſa giuſtamente merita tra tutti gli artefici il Principato; Imperocchè tanta fu la ſua maeſtria, e sì delicata, e ſingolar maniera di lavorare in sì piccole gemme le figure, e le teſte, che nei ſuoi tempi l' arte d' incidere ſi vede eſſere arrivata al più ſublime grado di eleganza, e perfezione.

(23) Muſei Meadiani p. 248.
(24) Muſ. loc. cit.
(25) Deſcription des Pierres &c. du B. de Stoſch p. 339.

LVII.

CAESAR AUGUSTUS.

DIOSCORIDIS OPUS.

Amethysto incisum.

EX MUSEO STROZIANO ROMAE.

Postquam Bruto & Cassio caesis, nulla jam publica arma; Pompeius apud Siciliam oppressus; exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iuliani quidem partibus nisi Cesar dux reliquus: posito Triumviri nomine, consulem se ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio jure contentum, ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit; insurgere paulatim, munia Senatus, Magistratuum, legum in se trahere, nullo adversante; cum ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent: ceteri nobilium, quanto quis servitio promptior, opibus & honoribus extollerentur: ac novis ex rebus aucti, tuta & praesentia, quam vetera & periculosa mallent (1). *Caesar Octavianus Augustus Romanae Reipublicae supremum est assequutus imperium, non modo fortunae manentis favore, sed & corruptis affectibus M. Tulli Ciceronis. Hic enim, ut M. Antonio adversaretur, adeo immodicis laudibus inconsiderate illum extulit, ut omnem reverentiam, civiumque amorem hac turpissima assentatione ei conciliaverit, eaque ratione se patriamque suam in aeternam involverit captivitatem* (2). *Verum Augustus, emunctae naris vir, non solum suorum fovebat amorem, verum etiam augebat perpetuis congiariis, ac donis* (3), *quae omnem exuperant captum. Ea etiam ratione facillimum sibi fuit rerum potiri.* Augustus prodiit Chamaleontis more induens varios colores, *prout Iulianus acris ingenii Imperator* (4) *narravit, & ad universi regimen pervenit. Fuit ex crudelissimis Imperatoribus, ac praecipuus auctor horribilium caedium in percelebri proscriptione, quae dedecore humanitatem afficit, & eo pervenit, ut vitam eriperet Romanae eloquentiae patri, qui scilicet ipsum inconsiderate ad principatum evexerat. Nec boni Principis specimen ullum dedit, nisi postquam in Cinnam rebellem singulari clementia, omnibus admirantibus, de uxoris consilio usus est* (5). *Auctor doctarum adnotationum in tragoediam, cui titulus:* Octave & le Jeune Pompée ou le Triumvirat, *fortissimis argumentis probat in dubium vocandam esse narrationem de clementia ab Augusto erga Cinnam habita* (6). *Imposterum ad mortem usque adeo laudabiliter se gessit, ut optima Sex. A. Victoris videatur de Augusto sententia* (7):

Uti-

(1) *Sic ait Tacitus lib. 1. Annal. c. 2.*

(2) *Si quis Ciceronis animum noscere velit, adeat Appianum Alexandrinum in tertio Civilium Bellorum libro, ubi describitur Cicero, timidus, ambitiosus, simulator, crudelis. Ipse enim in causa fuit, cur Augustus peteret Consulatum, Senator adlegeretur, & cum Ircio, & Pansa in Marcum Antonium mitteretur, ex quibus principium habuit Augusti adhuc adolescentis auctoritas, quae cum in immensum excresceret, deinde fieri non potuit, ut quis eidem principatum affectandi obicem poneret. Haud equidem miror illis temporibus corruptissimis Ciceroni* Patris Patriae *nomen ab assentatoribus fuisse inditum, cum &* Felicis *nomen Sillae crudelissimo Romanorum, ut omnes sciunt, fuerit attributum. Verum stomachum movent profusissimae laudes, quibus nonnulli ex recentibus scriptoribus Ciceronis animum prosequuntur. Sane si vix ullae laudes satis sunt ad illius scientiam & eloquentiam extollendam, male tamen eaedem occupantur in illius animo commendando. Vide in hanc rem Dion. Cass. lib. 38. & 39. sed praesertim lib. 46. Plutarchum quoque de Fortuna Romanorum. Ipsa etiam Ciceronis opera, in quibus sanctae Moralis semina sparguntur, quae tamen perraro ipse sequutus est. Praetera vide Erasmum Gesualdo in lib. Osservazioni critiche sopra la Storia della Via Appia di D. Fr. M. Pratilli pluribus in locis, sed praecipue cap. 3. par. 4. pag. 426. & seq.*

(3) *Vide monumentum Ancyr. p. 156. v. 2. editionis Burmanni, & Lipsium de magnit. Rom. lib. 2. c. 12.*

(4) *Jul. Imper. Caesares p. mihi 127.*

(5) *Dio. Cass. lib. 55.*

(6) *P. 167. ita inquit:* Tacite, ni Suétone ne disent rien de cette avanture. Suétone qui parle de toutes les conspirations faites contre Auguste, n'aurait pas manqué de parler de la plus célèbre. La singularité d'un consulat donné à Cinna pour prix de la plus noire perfidie, n'aurait pas échappé à tous les historiens contemporains.

(7) *Sex. A. Victoris epitome p. mihi 22.*

LVII.

CESARE AUGUSTO.

OPERA DI DIOSCORIDE.

Incifa in Amatifta.

NEL MUSEO STROZZI DI ROMA.

DOpochè furono uccifi Bruto, e Caffio (1), *non vi erano più pubbliche guerre. Fu battuto Pompeo nella Sicilia, fpogliato Lepido, ammazzato Antonio, non vi reftò che Cefare Augufto capo del partito di Giulio Cefare. Quefti avendo depofto il nome di Triumviro, fi chiamò Confole, e fotto fpecie di proteggere la plebe, contento della tribunizia poteftà, dopo avere allettato con donativi la milizia, il popolo coll' abbondanza, tutti con la dolcezza della pace, cominciò a poco a poco a farfi grande, con tirare a fe fenza oppofizione alcuna l' autorità del Senato, dei Magiftrati, e delle Leggi; effendo morti a motivo della guerra, e delle profcrizioni i più fieri Cittadini di Roma; il reftante dei nobili effendo inalzati alle ricchezze, ed agli onori, erano più preparati alla fchiavitù, e defideravano piuttofto lo ftato ficuro, e prefente, che il paffato, e pericolofo.* Cefare Ottaviano Augufto deve riconofcere il fupremo comando della Romana Republica non folo dalla fortuna, ma dalla sfrenata paffione eziandio di M. Tullio Cicerone. Imperocchè quefti per opporfi a Marc' Antonio fuo nemico, inalzava con fmifurate lodi Augufto, di maniera tale che con sì sfacciata maniera di adulazione conciliò a quefto Principe tanto rifpetto, e amore dei fuoi cittadini, che precipitò fe, e la fua patria in un eterna fchiavitù (2). Ma Augufto, uomo accortiffimo, non folo nutriva l'amore dei fuoi cittadini, ma l'accrefceva ancora con continui congiarii, e donativi (3), i quali fuperano ogni credenza: per quefta ragione ancora gli fu faciliffimo impadronirfi dell' impero di Roma. *Augufto efcì fuori*, come fcriffe l' acre ingegno dell' Imperator Giuliano, e pervenne al dominio univerfale, *veftendofi di varii colori all' ufo del Camaleonte* (4). Fu uno dei più crudeli Imperatori, e principale autore delle orribili ftragi nella famofa profcrizione, le quali fanno difonore alla umanità, e arrivò a tal fegno fino di far morire il Padre della Romana eloquenza, che l'aveva inconfideratamente inalzato al principato. Nè diede verun faggio di buon Principe, fe non dopo la fingolare clemenza, con ammirazione di tutti efercitata per configlio della fua moglie verfo il fuo ribelle Cinna (5). L'autore delle dotte note fopra la tragedia intitolata: *Octave, & le Jeune Pompée, ou le Triumvirat*, con fortiffimi argomenti prova effer dubbiofa l' iftoria della clemenza di Augufto ufata verfo Cinna (6). Da quefto tempo fi diportò così lodevolmente fino alla morte, che ottimo fembra il fentimento di Sefto Aur. Vittore (7): *Dio voleffe, che Augufto o non*

foffe

(1) Tacit. Ann. lib. 1. c. 2.

(2) Se qualcheduno vuol conofcere il carattere di Cicerone, vegga Appiano Aleffandrino nel terzo libro delle guerre Civili, ove defcrive Cicerone timido, ambiziofo, finto, crudele. Per opra fua fu, che Augufto domandaffe il Confolato, che foffe fatto Senatore, e che foffe ancora mandato con i Confoli Ircio e Panfa contro Marco Antonio, dalle quali cofe principiò la potenza di Augufto, benchè giovinetto, e crefcendo a difmifura, non potette poi efferci alcuno che poneffe a lui degli oftacoli per impadronirfi dell' impero. Non refto forprefo, che in quei tempi corrottiffimi foffe dato dagli adulatori a Cicerone il nome di *Padre della Patria*, quando il nome di *Felice*, come tutti fanno, fu attribuito a Silla il più crudele dei Romani. Ma movono la bile le fmifurate lodi, che alcuni dei moderni Scrittori danno al carattere di Cicerone. Per verità fono appena fufficienti tutte le lodi ad encomiare la fua eloquenza, ed il fuo fapere, ma non fono bene impiegate in commendare il fuo animo. Vedi a quefto propofito Dione Caffio lib. 38. e 39. ma particolarmente il lib. 46. Plutarco nella Fortuna dei Romani; e le Opere ifteffe di Cicerone, nelle quali vi fono fparfi i femi d'un ottima morale, ma però da lui raramente praticata. Inoltre vedi Erafmo Gefualdo nel libro *Offervazioni Critiche fopra la Storia della Via Appia di D. Fr. M. Pratilli* in più luoghi, ma principalmente nel c. 3. par. 4. p. 426. e feq., dove ha efpreffo il vero carattere di Cicerone.

(3) Vedi l' Ifcrizione Ancirana nel vol. 2. di Svetonio dell' edizione di Burmanno p. 156. e Lipfio della grandezza di Roma lib. 2. c. 12.

(4) Jul. Imp. Caefares p. 127.

(5) Dione Caffio lib. 55.

(6) P. 167. nota 15. così dice: *Tacite ni Suétone ne difent rien de cette avanture. Suétone qui parle de toutes les confpirations faites contre Augufte, n' aurait pas manqué de parler de la plus célèbre. La fingularité d' un confulat donné à Cinna pour prix de la plus noir perfidie, n' aurait pas échappé à tous les hiftoriens contemporains.*

(7) S. A. Victoris Epitome p. 22.

Utinam aut non nafceretur, aut non moreretur. *Inter Augufti laudes vel haec principem obtinet locum, pacem adeo amaffe, ut Jani templi clauderentur fores* (8) *; nec non egregios viros, quos inter praecipue habiti funt M. Agrippa, & Moecenas, impenfiffime coluiffe, adeo quidem, ut in omnibus rebus morem illis gereret. Et Moecenatis praecipue confilio factum eft, ut Auguftus in deliciis habuerit Poetarum, Oratorum, Hiftoricorum, aliorumque optimas artes colentium confuetudinem, & patrocinium fingulifque dignam pro uniufcuiufque virtute rependeret mercedem. Quamobrem factum eft, ut fummorum virorum multitudo Romam conflueret, Romamque quafi virtutis fedem, domiciliunque praedicarent. Quae res tantam Augufto laudem conciliaverunt, tantam de Imperatore famam in pofteros diffuderunt, ut Augufti aevum, aureum faeculum nominarent* (9)*; Principifque vitia tantis obruta laudibus perpetuo obvolverentur filentio. Deinde appellatus fuit pater patriae, quam tot necibus omnino vaftaverat, ac moritur quafi ab ipfis Romanis adoratus, quos in perpetuam fervitutem redegerat.*

Ad gemmam Augufti barbati impraefentiarum propius accedamus. Svetonius de Augufti venufta forma fcribens (10)*, haec prodidit memoriae:* Forma fuit eximia, & per omnes aetatis gradus venuftiffima, quamquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo tam incuriofus, ut raptim compluribus tonforibus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam &c. Vultu erat vel in fermone, vel tacitus, adeo tranquillo, ferenoque &c. Oculos habuit claros, & nitidos, quibus etiam exiftimari volebat ineffe quiddam divini vigoris, capillum leviter inflexum, & fufflavum, fupercilia conjuncta, mediocres aures, nafum & a fummo eminentiorem, & ab imo deductiorem. *Sed Augufti imago, quae in hac noftra gemma expreffa eft, hoc tantum peculiare habet, quod crifpa & incompta barba, os compofitum apparet. Id in caufa fuit Stofchio, ut illam in fuo opere proferens, fcripferit, Belli Actiaci tempore caelatam fuiffe, nec non argenteum nummum* (11) *Augufti fimili more barbati defcribit, addita epigraphe: CONSVL· ITERVM· ET· TERTIVM· DESIGNATVS· quod ad Annum, qui Actiacum bellum praeceffit, pertinet, in quo tefte Tacito* (12): Divus Auguftus vultu, & afpectu Actiacas legiones exterruit. *Verum pace tanti viri cum Confulatus hic in XXXI. Annum ante Chrifti adventum inciderit, opinioni huic fubfcribere prorfus non audeo, gemmamque hanc ad annum decimum J. Chrifti potius transferendam puto, poftquam Quinctilii Vari legiones a Germanis everfae funt, ex quo cafu, auctore Svetonio* (13)*, Auguftus confternatus fuit, ut* per continuos menfes, barba capilloque fubmiffo, caput interdum foribus illideret, vociferans: Quinctili Vare redde legiones. *Nec quidquam probabili huic meae fententiae detrahit, quod Auguftus cladis hujus aevo in feptuagefimo fecundo aetatis anno conftitutus, fenili facie delineatus fuiffet; nam quifquis rei antiquariae peritus ignorare non poteft, nummos Augufti, & Tiberii, qui diutiffime vixerunt, in extremo eorum vitae anno cufos, illos florenti facie exhibere. Id fortaffe evenit affentatione quadam populorum, ne caducitatis, mortalitatifque admonerentur Principes viri, qui a Diis fe derivatos nimis credule gloriabantur, feu quia ab omnibus femper fpreta fenectus eft, ut difcimus in fat. X. Iuvenalis v.* 190.

Sed quam continuis, & quantis longa fenectus
Plena malis, deformem, & tetrum ante omnia vultum
Diffimilemque fui, deformem pro cute pellem,
Pendentefque genas.

AU-

(8) *Svet. in Aug. vita c. 22. p. 248. ubi obfervatur Jani claufi templi numifma.*

(9) *Virgil lib. 6 Aen. v. 792.*

Auguftus Caefar, Divi genus aurea condet
Saecula, qui rurfus Latio regnata per arva
Saturno quondam &c.

(10) *Svet. in Aug. vita cap. 79.*

(11 *Stofch Gem. p. 34 Alterum Augufti barbati nummum exhibet Gefnerus in collectione numifm. Imper. T. 15. n. 43.*

(12) *Tacit. Ann. lib. 1. c. 42.*

(13) *Svet. in Aug. vita c. 23.*

fosse nato, o non fosse mai morto. Tralle lodi di Augusto merita il primo luogo l'essere stato amante della pace, avendo perciò chiuse le porte del Tempio di Giano (8), coll'avere tenuto in grandissima considerazione gli uomini insigni, tra i quali i principali furono M. Agrippa, e Mecenate, talche si regolava in tutte le cose secondo i loro sentimenti. Per consiglio poi di Mecenate goderono la protezione, e l'amicizia di Augusto i Poeti, gli Oratori, gl' Istorici, e tutti i professori delle belle arti, che furono da lui ricompensati ciascuno secondo il suo merito. Per la qual cosa concorsero a Roma una gran moltitudine di uomini di gran merito, i quali la lodavano altamente come la sede e il domicilio della virtù. Le quali cose tanta lode conciliarono ad Augusto, e sparsero nei posteri tanta fama di questo Imperatore, che meritamente il suo regno fu chiamato l' aureo Secolo di Augusto (9), ed i vizi di questo Principe furono da tante lodi oscurati, ed in eterno oblio sepolti. Dipoi fu chiamato Padre della Patria, che aveva del tutto desolata per tante uccisioni, e muore quasi adorato dagli stessi Romani, che aveva ridotti in perpetua schiavitù.

Venghiamo adesso alla descrizione della nostra gemma di Augusto barbato. Svetonio scrivendo della leggiadra forma di Augusto, queste cose tramandò alla memoria dei posteri (10). *Fu d' eccellente bellezza, e in tutta l' età sua molto graziosa, quantunque trascurasse ogni ornamento, e fosse tanto negligente d' ornare la sua chioma, che velocemente s' applicava a molti barbieri insieme, ora si tosava, ora si radeva la barba. O parlando, o tacendo mostrava un volto assai tranquillo e sereno. Ebbe gli occhi chiari, e risplendenti, nei quali voleva ancora, che si credesse esservi qualche cosa di divino vigore, i capelli leggiermente piegati, ed alquanto biondi, le sopracciglia unite, l' orecchie mediocri, ed il naso al di sopra più eminente, ed a basso più sottile*. Ma l' immagine di Augusto, la quale è espressa nella nostra gemma, ha questo di particolare, che apparisce il suo volto composto d' una crespa, ed incolta barba. Per questo motivo Stosch riportando nella sua opera questa gemma (11), scrisse, essere stata incisa nei tempi della guerra Aziaca, e dipiù descrive una Medaglia d' argento di Augusto in simil guisa barbato con l' iscrizione: CONSUL· ITERUM. ET · TERTIUM · DESIGNATUS. cioè *Console per la seconda volta, e destinato per la terza volta*; lo che appartiene all' anno avanti della guerra di Azio, in cui secondo Tacito (12): *Il Divo Augusto col volto, e collo sguardo atterrì le Legioni Aziache*. Ma con buona grazia di sì gran letterato, essendo questo Consolato accaduto nel 31. Anno avanti la venuta di Cristo, io non posso adottar questa opinione, e credo doversi piuttosto trasportare questa gemma all' anno 10. di G. C. dopo la sconfitta data dai Germani alle legioni di Quintilio Varo, dalla qual disgrazia, al riferir di Svetonio (13), fu sì sensibilmente trafitto, *che per più mesi di seguito portò la barba, con capelli dimessi, battendo la testa nelle porte, e gridando: Quintilio Varo rendimi le legioni*. Nè toglie nulla a questo mio sentimento, che Augusto essendo nell' età di 72. anni nel tempo, che successe la sconfitta di Quintilio Varo, sarebbe stato espresso con volto senile: Imperocchè ciascun perito delle Antichità sa, che le Medaglie di Augusto, e Tiberio, che vissero lungamente, battute nell' ultimo anno della lor vita, gli rappresentano come nell' età florida. Forse ciò è accaduto per l' adulazione dei popoli, acciocchè i Principi non fossero avvertiti della loro mortalità, come che troppo credulamente si vanagloriavano di esser derivati dagli Dei, o perchè sempre fu da tutti disprezzata la vecchiaia, come impariamo da Giovenale nella Satira 10. v. 190.

Ma a chi l' infermità non son ben note
Gravi, e continue dell' età senile?
Difforme è il volto, e a se non più simile
Scabra la pelle, e pendule le gote,
Con la faccia rugosa.

AU-

(8) Svetonio nella vita di Augusto c. 22. p. 248. dove si osserva la medaglia del tempio di Giano chiusa.

(9) *Cesare Augusto che dell' aurea etade*
Ricondurrà nel Lazio, ove Saturno
Ebbe un dì 'l Regno ec.
Virg. Lib. En. v. 792.

(10) Svet. nella vita di Augusto c. 79.

(11) Stosch gemm. p. 34. Gesnero nella raccolta delle medaglie Imperiali alla Tav. 15. n. 43. riporta un altra medaglia di Augusto barbato.

(12) Tacit. lib. 1. Ann. c. 42.

(13) Svet. nella Vita di Aug. c. 23.

LVIII.

CAESAR AUGUSTUS.

DIOSCORIDIS OPUS,

Granato incifum.

EX CIMILIERCHIO OLIM MARCH. DE MASSIMI ROMAE NUNC APUD PRINCIPEM ARAUSIONIS (1).

Gemma haec Auguftum, ftella Diofcoridis nomini fuppofita, nobis exhibet. De hoc Principe alias fatis; impraefentiarum quid ftella haec portendat videndum. Mea quidem fententia artifex Diofcorides Augufti genealogiam ab Iulio Caefare Veneris filio incipientem exprimere figno illo videtur voluiffe. Virgilius (2) *enim:*

Ecce Dionaei proceffit Caefaris aftrum.

Ideo in Caefaris nummis aftrum obfervatur. Et Plinius Hiftoricus affirmat (3)*:* Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romae, admodum fauftus Divo Augufto judicatus ab ipfo: qui, incipiente eo, apparuit ludis, quos faciebat Veneri Genitrici, non multo poft obitum Patris Caefaris, in collegio ab eo inftituto. Namque his verbis id gaudium prodidit: Iis ipfis ludorum meorum diebus, fidus crinitum per feptem dies in regione Caeli, quae fub feptemtrionibus eft, confpectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque, & omnibus terris confpicuum fuit. Eo figno fignificari vulgus credidit, Caefaris animam inter Deorum immortalium Numina receptam: quo nomine id infigne fimulacro capitis ejus, quod mox in foro confecravimus, adiectum eft. Haec ille in publicum, interiore gaudio fibi illum natum, feque in eo nafci interpretatus eft. *Morelli vero fententiae* (4) *nullo pacto poffum affentiri, qui cum Augufti nummum referat, in eoque ftellam Principis mento fubiectam declarare conetur, illam ad Apollinem referendam arbitratur. Ait enim:* Paffim in Cimeliis cernuntur hi nummi Caefaris Octaviani, qui caput eius exhibent, quale in hoc nummo cum aftro; quod ad Apollinem referendum judico, cuius numine plurimum gavifus femper eft. *Ad huius tabulae ornamentum afferam heic fingulare numifma argenteum, quod in fua Nummorum veterum felectiffima collectione poffidebat eruditus Eques Anglus Ioannes Bouveri, quantum ad rem antiquariam nationis fuae praeftantiffimus. Nunc autem illud penes Chriftophorum Harvei defuncti equitis heredem affervatur. In hoc itaque numifmate in antica parte vifitur Tiberii caput epigraphe appofita: TI· CAESAR· DIVI· AVG. F. AVGVSTVS· IMP· VII. P. M. In averfa caput Augufti, cui ftella imminet, & Octaviae, cui Luna fuperftat cum epigraphe: DIVVS AVG. IMPP...OCTAVIA* (5). (*)

MAE-

(1) *Mariette Traité des Pierres pag.* 333.

(2) Virg. Ecl. 9 v. 47. & Horat. Ode 12. Lib. I.

. . . . micat inter omnes
Iulium fidus velut inter ignes
Luna minores.

(3) *Plin. Lib.* 2. *cap.* 25. *Vide Svet. in Iulio c.* 88.

(4) *Morelli Thef. Numifm. pag.* 216.

(5) *Perfimile huic* Numifma *dono datum fuit Francifco I. Imp. Magno Etruriae Duci III. luctus defideriique noftri ingenti Caufae, a Du Val clariffimo extincti Principis Bibliotecario. Alterum extat in Catalogo Numifm. praeftantis Mufei Lefroyani pag.* 47. (*) ***Tab. I. N. I.***

LVIII.

CESARE AUGUSTO.

OPERA DI DIOSCORIDE,

Incifa in un Granato.

NEL MUSEO DEL MARCHESE MASSIMI DI ROMA, ORA DEL PRINCIPE D'ORANGES (1).

QUefta gemma ci rapprefenta Augufto con una ftella col nome fotto di Diofcoride. Già abbiamo parlato abbaftanza di quefto Principe: ora non ci refta da fpiegare, che la ftella. Nel collocare l'artefice quefta ftella nella gemma non ha avuto altro oggetto, fecondo me, che di volerci dimoftrare l'origine di Augufto proveniente da Giulio Cefare; imperocchè Virgilio dice (2).

. . . . Ecco'l Dioneo
Aftro di Cefar, che nel Cielo apparve.

Perciò nelle Medaglie di Cefare fi offerva la ftella, e Plinio Iftorico (3) afferma, che *la Cometa in neffuno altro luogo del mondo è venerata, che nel tempio di Roma, giudicata dall'ifteffo Divo Augufto a fe molto propizia, la quale nel principio del fuo impero comparve nei giochi, che faceva in onore di Venere Genitrice, non molto dopo la morte di Cefare fuo Padre nel Collegio inftituito da lui. Imperocchè ne dimoftrò l'allegrezza con quefte parole: In queft' iftefsi giorni, che fi celebravano i miei fpettacoli, fu veduto per lo fpazio di fette giorni, una ftella crinita, nella regione del Cielo, pofta fotto il Settentrione. Quefta fi levava intorno all'undecima ora del giorno, e fu lucida, e vifibile per tutta la terra. Il volgo credette, che quefta ftella fignificaffe, che l'anima di Cefare foffe stata ricevuta fra gli Dei immortali, per cui fu aggiunto quest'astro alla testa della di lui Statua, che dopo confacrammo nel Foro. Queste cofe Augusto volle pubblicare, e con un interna contentezza interpetrò, che quella Cometa foffe nata per lui.* Non poffo approvare il fentimento di Morelli (4), il quale riporta una Medaglia di Augufto con una ftella fotto il mento, giudicando queft'aftro appartenere ad Apollo. Ei dice: *Nei Mufei fi veggono da per tutto Medaglie di Cefare Ottaviano, le quali rappresentano la di lui testa, come in questa Medaglia con la stella, la quale io giudico riferirfi ad Apollo, della qual Deità fempre questo Imperatore fi compiacque moltiffimo.* Per ornato di quefta tavola riporterò un fingolariffimo Medaglioncino d'argento, il quale poffedeva nella fua fceltiffima raccolta di Medaglie l'erudito Sig. Gio. Bouveri Cav. Inglefe di onorata memoria, grandiffimo conofcitore delle antichità fra la Nazione Inglefe. Prefentemente fi conferva appreffo il Sig. Criftoforo Harvei, Erede del defunto Cavaliere. In quefta Medaglia adunque fi vede nel diritto la Tefta di Tiberio con l'ifcrizione TI · CAESAR. DIVI · AVG. F. AVGVSTVS · IMP. VII. P. M.; cioè Tiberio Cefare Augufto figlio del Divo Augufto Imperatore per la fettima volta, e Pontefice Maffimo. Nel rovefcio la Tefta di Augufto, fopra della quale una ftella, e di Ottavia con la leggenda: DIVVS AVG. IMPP. ∴ OCTAVIA, cioè: Il Divo Augufto Imperatore, e Octavia (5) (*).

(1) Mariette Traité des Pierres p. 333.

(2) Virgil. nell'Egloga 9. v. 47. e Orazio nel lib. 1. Od. 12. dice: *Rifplende tra tutti gli fplendori l'Aftro di Giulio, come la Luna tra le minori Stelle.*

(3) Plin. Lib. 2. cap. 25. Vedi Svet. nella Vita di Giul. Cef. cap. 88.

(4) Morelli Thef. Numif. p. 216.

(5) Una confimile Medaglia sò che fu regalata a S. M. C. di gloriofa, ed eterna memoria, da Du Val degniffimo Bibliotecario del medefimo Principe. Un altra fimil Medaglia è nel Catalogo del pregiato Mufeo del Sig. Le Froy p. 47

(*) Tav. I. N. I.

LIX.

MAECENAS.

DIOSCORIDIS OPUS,

Ametysto incisum.

EX MUSEO REGIS GALLIARUM.

Tanta Maecenatis in eruditos viros liberalitas, & amor fuit, ut ii omnes, qui doctos fovent viros, ὀνομαστικῶς Maecenates appellentur. Si status dicendi fines transgredi liceret, plurima de tanto viro in medium proferrem, quae praeexcelsum illius animum indicarent, praesertim quum mirari non desinam, literatos homines plenam, rectamque vitae hominis inter illustriores Romanos recensendi narrationem hactenus neglexisse (1).

Unum illud heic praeterire nefas, Maecenatem inter Augusti aulicos principem obtinuisse locum, eumdemque in causa fuisse, ut Imperator antea crudelis, postea orbis deliciae extiterit. Quum enim pro ea, qua pollebat, prudentia cognovisset Augustum, non modo non bene audire, verum & odio haberi ob versipellem & crudelem illius animum, studuit Maecenas Augusto suadere, ut non faveret solum, sed etiam foveret omnes illos, qui quacunque in re praestarent. Quo consilio effecit, ut plures summique viri, munificentia Imperatoris illecti, vel eloquentia, vel carminibus, vel pictura, vel sculptura, vel quocunque alio modo in eum grati animi ederent argumenta, eiusdemque probitatem, illustresque animi dotes laudibus efferendo innumeris aeternitati mandarent monumentis; adeo quidem ut aurea saecula rediisse, jactitarent; ex quibus & illud factum est, ut vulgus tantis laudibus vel delinitum, vel captum de Imperatore bona cogitaret, veteremque exuendo animum servitutis, crudelitatisque oblitum, Augustum summopere diligeret: Augusti nominis hostes tali modo exarmavit Aulicus prudentissimus (2). *Tali modo literatorum, populique sibi conciliavit amorem, ut publica in theatro omnes ediderint signa laetitiae* (3), *cum ille ad spectandum accederet. Post mortem etiam a misera ambitione alienum vixisse apparuit; nam teste Seneca pronunciavit* (4):

Nec tumulum curo; sepelit natura relictos.

Perillustres aurei saeculi Poetae huius Herois laudes certatim cecinere. M. Annaeum Lucanum (5) *dumtaxat hic referam.*

O decus, & toto merito venerabilis aevo,
Pierii tutela chori, quo Praeside tuti
Non unquam Vates inopi timuere senectae.

Quod

(1) *Meibomius, Cennius, & Richerius Maecenatis historiam parum feliciter scripsere. Consule potius eruditam elegantemque Ab. Souchay de Mecenate dissertationem in lib. Memoir. des Inscript. vol. 19. pag. 125.*

(2) *Ut noscas, quis Maecenas fuerit, lege mirabilem illius orationem a Dione relatam lib. 52. pag. 464. in qua talia Augusto consilio suppeditat, ut mereantur in omnium ministrorum mentibus insculpi, qui Principi suo subditorum amorem & gloriam conciliare gestiant.*

(3) *Horat. Od 20 Lib. 1.*

(4) *Seneca Epist. 52. pag. 588.*

(5) *P. Virg. appendix M. An. Lucani ad Calp. Pisonem pag 1591. v 231. In Anthologia veterum Latinorum Epigrammatum cura Petri Burmanni, incerti auctoris de Maecenate reperitur epigramma pag. 284.*

Sit tamen hoc satis, vixi te, Caesar, amico:
Et morior dixit, dum moriorque satis.

LIX.

MECENATE.

OPERA DI DIOSCORIDE,

Incifa in una Amatifta.

DEL MUSEO DEL RE DI FRANCIA.

TAle e sì grande è ftata la liberalità, e l'amore di Mecenate verfo i letterati, che da tutti quelli, i quali proteggono gli uomini dotti, per denominazione fono chiamati Mecenati. Se mi foffe permeffo trafgredire i limiti delle mie fpiegazioni, avrei defiderato di dir molte cofe di queft'Eroe, le quali manifeftaffero l'animo fuo fublime, particolarmente che non fi può che maravigliarfi, che i letterati abbino fin ad ora trafcurato di darci un efatta, e completa iftoria della vita di un Perfonaggio tra i più illuftri Romani. (1)

Dirò folamente, che Mecenate ottenne il primo luogo tra i Miniftri di Augufto, ed effere ftato la cagione di render quefto Imperatore per l'avanti crudele, le delizie del fuo popolo; imperocchè conofcendo con la fua prudenza, della quale era fommamente dotato, che Augufto non folamente non era amato, ma in odio per l'animo fuo finto, e crudele, procurò Mecenate di perfuadere ad Augufto non tanto di favorire, ma ancora di proteggere tutti quelli, che foffero uomini in ogni genere valenti. Con quefto configlio fece sì, che tanti Uomini infigni nell'eloquenza, nella poesìa, nelle belle arti, e in qualunque altra cofa, allettati dalla munificenza dell'Imperatore, manifeftaffero ficuri argomenti di gratitudine, inalzando con infinite lodi, e con eterni monumenti teftificando la di lui bontà, e le illuftri doti dell'animo fuo; dimaniera, che divulgarono effere ritornato il fecolo d'Oro. Da tuttociò ne derivò, che il volgo placato, e commoffo da tante lodi, e da tanta virtù inalzata con fommi encomii, aveffe in ftima il fuo Principe, fi fpogliaffe dell'antico odio, fi dimenticaffe della fchiavitù, e della crudeltà, ed amaffe grandemente Augufto. In quefta guifa il più famofo tra i Miniftti Mecenate difarmò i nemici del nome di Augufto (2). Con tali fingolari virtù meritò l'amore dei letterati, e del popolo tutto, il quale ne dette pubbliche, e giulive dimoftrazioni di applaufo nel comparir che fece nel Teatro (3). Dimoftrò ancora dopo la morte di effere alieno dalla mifera ambizione; imperocchè diffe fecondo Seneca (4):

Ne mi cal del fepolcro; la Natura
Gli abbandonati feppellifce.

I più illuftri Poeti dell'aureo fecolo han cantato a gara le lodi di quefto Eroe. Riferirò folamente alcuni verfi di Lucano (5).

Tu che tutela del Pierio Coro
Sei degno dell' onor di un Mondo intero;
Per cui favor giammai temero i vati
Una vecchiezza di foccorfo priva.

E 2 *De-*

(1) Meibomio, Cenni, e Richer non hanno felicemente trattato quefto foggetto della vita di Mecenate. Vedi piuttofto l'erudita, ed elegante differtazione dell'Abate Souchay fopra Mecenate nel Vol. 19 p. 125. delle Mem. delle Ifcr., e Belle Lettere

(2) Per conofcer chi foffe Mecenate, leggi il mirabile difcorfo di lui riportato da Dione Caffio lib. 5. pag. 464. nel quale dà tali configli ad Augufto, che meriterebbero di effere fcolpiti nelle menti di ciafcun Miniftro, che voglia procurare al fuo Principe l'amore dei fuoi fudditi, e la gloria.

(3) Orazio Od. 20. l. 1.

(4) Seneca Epift. 52. pag. 588.

(5) Publ Virgil. appendix M. An. Lucani ad Calpurnium Pifonem pag. 1591. v. 231. Nell'Anthologia Veterum Latinorum Epigrammatum cura Petri Burmanni, fi trova un epigramma d'incerto autore fopra Mecenate.

Ciò pur baftante fia, Cefare invitto,
A te già viffi molto tempo amico;
E muoio, diffe, e mentre muoio, bafta.

Quod ſi quis noſtris precibus locus, & mea vota
Si mentem ſubiere tuam, memorabilis olim
Tu mihi Maecenas tereti contabere verſu.

Verum ad gemmam deveniamus. In Muſ. Flor. duae extant gemmae, de quibus haec Gorius (6): In gemma II. & III. quae ſequitur in eadem tabula, Marcum Tullium Ciceronem Romanae eloquentiae parentem omni aevo clariſſimum referri facile credam, quod hi vultus maxime conveniant cum protoma marmorea apud Fulvium Urſinum Tab. CXLV. & cum gemma nobiliſſima a Dioſcoride ſcalptorum praeſtantiſſimo inciſa T. XXVII. apud Cl. Philippum de Stoſch, in qua, ut ipſe auctor mihi dicebat, non Maecenatis, ſed eiuſdem Ciceronis effigiem exhiberi multis rationum momentis oſtendet in ſecundis curis ad gemmas antiquas caelatas ſcalptorum nominibus inſignitas, quas edidit, qui etiam huic longe ſimillimam aliam marmoream protomam obſervare fecit in veſtibulo Regii Muſei Medicei.

Si veritati honor mihi habendus, fieri non poteſt, ut pro certo ſtatuam, effigiem iſtam Maecenatis eſſe; nemo vero argumentis evincere poterit Ciceronem exprimere. Quanta igitur opinionum diſcrepantia ſit in determinando, cuius ſit effigies haec, modo videndum eſt; nam Stoſch (7) *primum Maecenatis, deinde Ciceronis imaginem praeſeferre affirmavit. Ut vera fatear, nullam profecto rationem habemus affirmandi hunc eſſe Maecenatis creditum vultum. Nullum aeque eſt momentum, ex quo certo effigies haec Ciceroni poſſit aſſignari; nam in Muſeo Florentino, Capitulino, & Matheio, celeberrimi huius Oratoris protomae, & ſtatua in Conſervatorum palatio, inter ſe diſſimillimae a noſtris ſunt, & toto coelo a noſtra differunt gemma. Quibus fundamentis antiquarii omnes ad firmandam eorum ſententiam, eſſe illum Ciceronem, hunc Maecenatem, commoti fuerint, profecto ignoro, quum de his Heroibus nullum numiſma, nullum aliud monumentum cum antiqua inſcriptione ſuperſit. Graecum enim Ciceronis numiſma in Farneſiano Muſeo a P. Pedruſi relatum vol. 8. ad Ciceronem tuto non attinet; nam in illo caput juvenile obſervatur, & ſi etiam attineret, attamen cum noſtra gemma non conveniret. Nomen Ciceronis in protoma Matheiana a peritis rerum antiquarum appoſitum putatur. Quod ad Maecenatis imaginem ſpectat, ſcimus ex Plinio hiſt. lib. 7. cap. 51., Maecenatem perpetua febri laboraviſſe, & ſupremo vitae ſuae triennio nullo horae momento illi contigit ſomnus. Ex Plinii igitur verbis non pingui vultu, ut in noſtra gemma eſt, debebat apparere, ſed macie confecto, vel ſaltem tenui. In hanc rem ego elegans referam* fragmentum picturae veteris in pariete factae, Romae Anno MDCCXXVII. inter palatii Caeſaris Auguſti rudera, ubi nunc ſunt Horti Farneſiani, in Monte Palatino repertum, in quo ſex figurae arte exquiſita, & nitidis coloribus ſunt expreſſae, quarum una exhibetur Auguſtus capite laureato ipſe ſedens, & coronam alicui (cuius imago eſt abrupta) protendens; ceteri aulici adſtantes, inter quos Maecenas toga caerulea indutus, & prope eum M. Agrippa humero eius dextram imponens, prout harum imaginum cum nummis, eorumque gemmis ſimilitudo oſtendit (8) (*). *De hac pictura mihi inviſa, Horatii Londinenſis explicationi accedo; tantum dicam, quod Auguſti vultus eius nummis ſimillimus eſt, nil Agrippae vultus cum eius nummis, nil Maecenatis vultus cum gemmis huic Heroi tributis.*

DIO-

(6) *Gori Muſ. Flor Vol. 1. T. 41. pag.* 88.

(7) *Stoſch T. 27. pag.* 34.

(8) *Sic inquit in hoc picturae antiquae fragmento ex Muſeo olim eximii viri Doctoris Mead Angli. Si vero in aheneae tabulae, quam exhibemus, lineamentis vitium aliquod reperiatur, veluti brachium Auguſti oblongum, videntes monitos volumus, nos ex ectypo Angliae inſculpto in Vol. 1. Horatii Londinenſis in 8. adamuſſim illam expreſſiſſe.*

(*) *Tab. II. N. II.*

Che se le nostre preci, e' voti miei
Degni di giunger sono alla tua mente,
Mio Mecenate con studiati versi
Alla memoria de' Nipoti un giorno
Raccomandato, e celebre sarai.

Ma venghiamo alla spiegazione della nostra gemma. Nel Museo Fiorentino vi sono due gemme, delle quali così Gori (6) ragiona: *Nella 2. e 3. gemma, la quale seguita nella medesima tavola, crederei facilmente rappresentarsi M. Tullio Cicerone padre della Romana eloquenza, chiarissimo per tutti i secoli, perchè questi volti egregiamente convengono col busto di marmo appresso Fulvio Orsini T. CXLVI., e con la celebre gemma, incisa dal prestantissimo tra gl' incisori Dioscoride, pubblicata da Stosch alla T. XXVII. nella quale, come l' istesso autore mi diceva, non si rappresenta l' effigie di Mecenate, ma del medesimo Cicerone, e che lo dimostrerebbe con validi argomenti nel secondo tomo delle gemme antiche incise insignite col nome degli Artefici, che egli pubblicò; il quale ancora mi fece osservare un altro a questo somigliantissimo busto di marmo nel Regio Vestibulo del Museo Mediceo.*

Io però, che mi proposi di seguitare le sole tracce del vero, non posso certamente affermare, che questa sia l' effigie di Mecenate; e nessuno parimente potrà giammai convincere con argomenti, che rappresenti Cicerone. Vediamo adesso quanta discrepanza di opinioni sia nel determinare cosa rappresenti questa effigie. Imperocchè Stosch (7) affermò prima essere l' immagine di Mecenate, poi quella di Cicerone. Ma per confessare la verità, nessune ragioni abbiamo certamente di affermare questo essere il volto creduto di Mecenate, e nessuno argomento similmente può addursi, col quale si possa stabilire sicuramente esser questa l' effigie di Cicerone; imperocchè i busti di questo famosissimo Oratore, esistenti nel Museo Fiorentino, e Capitolino, e nel palazzo Mattei, e la Statua nel palazzo dei Conservatori di Roma, sono tra di loro del tutto diversissimi, e differiscono totalmente dalla nostra gemma. Io non sò certamente con quali fondamenti tutti gli Antiquarii per stabilire la loro opinione, dicano esser quello Cicerone, questo Mecenate; quando di questi Eroi non ci resta nessuna medaglia, nè altro monumento con l'antica iscrizione; Imperocchè la Medaglia greca di Cicerone riferita dal Padre Pedrusi nel Museo Farnesiano vol. 8. non appartiene sicuramente a Cicerone, perchè si osserva in quella una testa giovanile; ed ancorchè potesse appartenere, contuttociò non converrebbe con la nostra gemma. Il nome di Cicerone inciso nel busto del Museo Mattei da tutti gl' intendenti non è riputato per antico. Per quello poi che spetta a Mecenate sappiamo da Plinio nel Lib. 7. cap. 51., che era travagliato da una continua febbre, e negli ultimi tre anni della sua vita, non poteva godere un ora di sonno. Da queste parole di Plinio con tali incommodi sofferti non doveva comparire con volto pingue, come è appunto nella nostra gemma, ma con volto macilente, ed estenuato. Io a questo proposito riporterò un elegantissimo *frammento di pittura fatta nel muro, e ritrovato nel Monte Palatino a Roma nel 1727. nelle rovine del palazzo di Cesare Augusto, ove sono gli Orti Farnesiani, nel quale vi sono espresse sei figure lavorate con gran maestria, e con vivi colori, delle quali una è Augusto con testa laureata, che col braccio sinistro steso porge la corona ad alcuno, (la di cui figura è consumata); le altre figure sono togate, e con la testa nuda, tra i quali Mecenate vestito con toga cerulea, dietro a lui Marco Agrippa, che pone la destra sopra la di lui spalla, siccome la somiglianza di questi volti confronta con le loro gemme, e medaglie* (8) (*). Dell' eccellenza di questa pittura da me non veduta, mi rimetto alla spiegazione dell' Orazio di Londra. Dirò soltanto, che il volto di Augusto è somigliantissimo alle di lui medaglie, ma niente quello di Marco Agrippa s' assomiglia alle di lui medaglie, e niente il volto di Mecenate con le gemme credute di questo Eroe.

DIO-

(6) Gori Mus. Flor. vol. 1. T. 41. p. 88.

(7) Stosch gem. T. 27. p. 34.

(8) Così dice in questo frammento di antica pittura che ornava il famoso Museo del celebre Dottore Mead Inglese. Avvertiamo però il lettore, che se trova qualche difetto nel rame, che pubblichiamo, come per esempio il braccio troppo lungo di Augusto, noi l' abbiamo fedelmente copiato dal rame inciso nel primo volume dell' Orazio di Londra.

(*) Tav. II. N. II.

LX.

P E R S E U S.

DIOSCORIDIS OPUS,

Amethysto incisum.

EX THESAURO OLIM FARNESIANO PARMAE. NUNC REG. UTR. SICILIAE.

QUum plurima de Gorgonibus solida eruditione cumulaverit Clar. Abb. Massieu (1) *in dissertatione, quam de eisdem edidit; nos in hac tabula explicanda eius doctis, ac prudentibus animadversionibus utemur. Praefatus auctor ex scriptorum innumeris locis putat Gorgonas (inter quas praecipua Medusa) fuisse Heroinas, vel animalia sylvestria & ferocia, vel equas, vel puellas industres, vel pulchritudinis miracula, vel turpitudinis monstra, vel effroenatas meretrices, vel demum sapientiae prototypa, adeo quidem ut inter illustrium foeminarum numerum fuerint relatae.*

Ex historicis plurimi in Lybia Gorgonas habitasse scripserunt, nonnulli in Orcadibus Insulis. Poetae vero tot tantisque ambagibus Gorgonum historiam implicuerunt, ut jure meritoque doctissimus Clerc dixerit (2): Ex omnibus eius ambagibus expedire nos non posse videmur sine filo quopiam Ariadnes. *Nos autem Ovidium sequuti tres Gorgonas statuimus Phorci filias, Sthenonen, Euryalen, Medusamque, quae adeo pulchritudine capillisque praesertim excelluit* (3), *ut amantium turbam excitaverit, ut sibi quisque in matrimonio junctam optaret. Maris Deus Neptunus adeo ex illius venustatis aspectu tactus est, ut in Minervae templo amorem suum prodere non erubuerit. Quae hoc factum adversata, & castos aegide vultus texit, & Medusae capillos, quibus praecipue superbiebat, serpentes ita horrificos fecit, ut quisque illos aspiceret in petram verteretur* (4). *Perseus quum animadvertisset Medusam una cum colubris omnibus altum somnum dormire, illius caput abscidit* (5). *Quo quidem Phineum, universumque illius exercitum in petras convertit* (6).

Hac in gemma Perseus pulchritudine insigni, quae profundae juncta est moestitiae, exprimitur. Proprium scutum thoraci innixum summo animi dolore aspicit, in quo Medusae caput undique serpentibus circumdatum horridumque, ac juxta galeam hasta est inversa. Quid vero peritissimus artifex expri-

(1) *Memoir. de Lit. des Inscript. Tom. 4. p. 70. & seq. Consule Clar. Fourmont Hist. des Inscript. Tom. 4. p. 351. doctam dissertationem de Gorgonibus.*

(2) *Loc. cit memoir. pag. 115. in notis in Hesiodum.*

(3) *Ovid. Metam lib. 4. v. 794.*

. . . . Clarissima forma
Multorumque fuit spes invidiosa procorum
Illa nec in tota conspectior ulla capillis
Pars fuit.

(4) *Ovid. l. c. v. 798.*

Hanc pelagi rector templo vitiasse Minervae
Dicitur. Aversa est, & castos aegide vultus
Nata Jovis texit: Neve hoc impune fuisset.
Gorgoneum Crinem turpes mutavit in hydros.
Nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hostes,
Pectore in adverso, quos fecit, sustinet angues.

(5) *Ovid. l. c. v. 784.*

Dumque gravis somnus colubros, ipsamque tenebat,
Eripuisse caput collo.

(6) *Eleganter in 4. & 5. lib. Met. Ovid. hanc fabulam describit &c. vide etiam Boccaccio Geneal. Deor. l. 12. p. 196.*

LX.

P E R S E O.

OPERA DI DIOSCORIDE,

Incifa in Amatifta.

DEL FU MUSEO FARNESIANO. ORA DEL RE DELLE DUE SICILIE.

AVendo il Chiariffimo Abate Maffieu (1) in una differtazione con folida erudizione trattato quefto argumento delle Gorgoni, noi nella fpiegazione di quefta tavola ci prevarremo delle di lui dotte, e giudiziofe offervazioni. Quefto diligentiffimo Autore, giudica da moltiffimi luoghi degli Scrittori effere ftate le Gorgoni, (tra le quali Medufa è la principale) Eroine, o animali felvaggi, e feroci, o delle cavalle, o ragazze induftriofe, o prodigii di bellezza, o moftri bruttiffimi, o sfrenate meretrici, o finalmente modelli di faviezza, di maniera tale che hanno meritato d' effere collocate nel numero delle Donne illuftri.

Molti degl' Iftorici hanno fituate le Gorgoni nella Libia, alcuni nelle Ifole Orcadi: I Poeti poi di tali, e tante ofcurità hanno involta la iftoria delle Gorgoni, che con gran ragione, e meritamente diffe il dottiffimo Clerc (2): *Noi non ci poffiamo fviluppare da tanti intrighi fenza qualque filo di Arianna.* Noi abbiamo feguitato Ovidio, e diremo effer tre le Gorgoni figlie di Forco, Stenone, Euriale, e Medufa, la quale era sì famofa per la fua forprendente bellezza, e principalmente per i capelli, che eccitava la turba degl' innamorati a defiderarla ciafcuno per ifpofa (3). Il Dio del Mare Nettuno fù a tal fegno colpito dalla di lei bellezza, che non fi vergognò di manifeftare il fuo amore nel tempio di Minerva, la quale fdegnata di quefta azione, coprì il fuo cafto volto coll' Egida, e fece trasformare i belliffimi capelli di Medufa, della quale ella ne andava faftofa, in orribili ferpenti, acciochè chi la rimiraffe foffe convertito in pietra (4). Perfeo avendo offervato che Medufa infieme con tutti i ferpenti erano nel profondo fonno immerfi, le recife la tefta dal bufto (5), colla quale petrificò Fineo, e tutto il fuo efercito (6).

Perfeo è in quefta gemma efpreffo d' una bellezza fingolare accompagnata da una profonda meftizia. Rimira col più vivo dolore dell'animo uno fcudo appoggiato ad un torace, nel quale è la tefta di Medufa orrida per li ferpenti che da per tutto la circondano, e preffo ad un morione è un afta voltata. Cofa abbia voluto efprimere il valentiffimo artefice nell' incidere Per-

feo

(1) Memoir des Litt. des Infcrip. Tom. 4. p. 70. e feq. Vedi il Chiar. Fourmont in una fua dotta differtazione fopra le Gorgoni nel Tom. 4. della Iftoria delle Ifcriz. p. 351.

(2) Loc. cit. Memoir. p. 115. nelle note ad Efiodo.

(3) Ovidio Metam. lib. 4. v. 794.

Sappi che fù Medufa sì formofa,
Che a molti Amanti d' effer moglie diede
Defiderio, e fperanza invidiofa,
Ed in lei tutta dalla cima al piede
De i capei non avea parte più bella,
Così ebbi da color che vider quella.

(4) Ovid. l. c. v. 798.

Nel tempio di Minerva il Re Marino
Nelle fue braccia ignude la raccoglie.
Per non veder quel mal l' offefo Nume
Lo fcudo oppofe a lo fdegnato lume.
Poi per punir d' un' atto sì lafcivo
Colei, ch' errò nel fuo pudico tempio,
L'illuftre crin del fuo fplendor fè privo,
Perchè ella foffe all' altre eterno efempio.
Diè l' alma al fuo capello, e fello vivo,
Fè d' ogni crine un ferpe orrendo, & empio;
E i begli occhi, onde Amor già fcoccò l' armi
Volle, che i corpi altrui faceffer marmi.

(5) Ovidio l. c. v. 784.

E mentre grave fonno lei premea
E i ferpi, troncò il capo aver dal collo:

(6) Ovidio defcrive elegantemente quefta favola nel 4., e 5. lib. delle metam. Vedi ancora Boccaccio Genealog. lib. 12. p. 196.

primere ſtuduerit, quum Perſeum moerenti aſpectu Meduſam contemplantem ſculpſerit, Oedipo explicandum relinquerem, niſi animum ſubiſſet cogitatio, ſcalptorem ſignificare voluiſſe dolorem, quo Perſeus correptus eſt ob necem tam venuſtae mulieris, cuius pulchritudinem contemplatur.

Quod vero ad Perſei ſtatuam aliqua in parte reſtauratam (*), *quam publicam facimus, ſpectat, diligentis ſcalptoris opus eſt; illius ſtatus militis demonſtrat virtutem, ob Meduſae abſciſſum caput forma praeſtantiſſimum, quod manu ſiniſtra tenet, populi ſpectaculo expoſitum, illud veluti ſuae victoriae trophaeum intuentis, prout Pauſaniae egregie conſonat ſententia* (7), *quum de Meduſa ſermonem habens, haec ait:* Phorci eam filiam fuiſſe: patre mortuo, acceptum ab illo regnum eorum populorum, qui Tritonidem paludem accolunt, tenuiſſe: ſolitam in venationes, & pugnas exire cum Afrorum, quibus imperabat, manu. Quare cum Perſei copiis, quas ille lectiſſimas ex Peloponneſo adduxerat, acie occurriſſet, noctu per inſidias oppreſſam. Mortuae pulchritudinem admiratum Perſeum, praeciſum caput, ut ſpectaculo eſſet in Graeciam reportaſſe. *Fieri profecto poteſt hunc ſagacem ſculptorem Pauſaniae hiſtoriam in Perſeo ſcalpendo prae oculis habuiſſe, dum Perſeus Meduſae caput tenens aſpicitur, tamquam ſuae victoriae monumentum.*

(20) Virgilio lib. 6. Aeneid. v. 861. dove vedi ciò che nota Servio:

Andar vedea un giovinetto adorno
Di lucid' arme, e di gentil ſembiante
Ma poco lieta avea la fronte e 'l volto,
Ed i lumi inchinati.

(21) Teſtimonio Tacito Annal. lib. 1. cap. 3. e Hiſt. lib. 1. cap. 15. Diod. Caſſ. lib. 53. Vedi Plutarco nel fine della vita di Marc' Antonio. Della di lui adozione, e virtù è da leggerſi Properzio lib. 3. eleg. 18. e Seneca de conſolatione ad Marcia. cap. 2.

(22) Tacito lib. 2. Annal. cap. 4. Dione Hiſt. Rom. lib. 53. p. 515. e ſeg.

edito magnificentiſſimo aedilitatis munere (23), flagrantibus plebis ſtudiis, intra juventam, viceſimo nempe aetatis anno (24) celeri fato deceſſit Baiis (25). Elatum funere publico, laudatumque pro more, Auguſtus in ſepulchrum ab eo factum in campo Martio condidit (26). Theatrum antea coeptum a Caeſare, memoria nominis eius honeſtavit; iuſſitque, ut ludis Romanis eius effigies aurea, aureaque corona, & ſella curulis in Theatrum inferretur, mediaque inter praefectos his ludis magiſtratus collocaretur (27). Inter egregia eius opera memoratur Dactyliotheca, quam in Aede Apollinis Palatini (28) conſecravit (29).

Spes anaglyptice in praeclaris Barberinis candelabris excalpta hic opportune collocari licet (*); *nam Romanorum ſpes erat Marcellus. Haec Diva tenuiſſima veſte ornata ſtans, dextera laciniam ſuſtollens, ſiniſtra ſolitum lilii florem porrigit. Huius Deae imago tali modo adamuſſim, omnibus Imperatorum numiſmatibus obſervatur expreſſa. Clariſſimus Comes Conſtantius Landi* (30) *de numiſmate Spei verba faciens, ita de Marcello loquitur*: Virgilius certe antiquitatis ſcientiſſimus, cum M. Marcelli Divi Auguſti Nepotis praeclaram indolem laudaret; ſed qui brevi (ut ſigna frontis parum laetae, & deiecti lumina vultus oſtentabant) fato eſſet conceſſurus, & moriturus, haec, quae praereptam iri pubblicam populi Romani ſpem ex fato egregii iuvenis deſignarent, ſubdidit carmina (31).

Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos
In tantum ſpe tollet avos; nec Romula quondam
Ullo ſe tantum tellus jactabit alumno.

Et Paulo poſt:

Heu miſerande puer! Si qua fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis:
Purpureos ſpargam flores, animamque Nepotis
His ſaltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

Numquam nemo ſanus, vel excogitari, vel ſcribi, nedum fidem apud alios mereri credere unquam poteſt, quot maximos errores Winkelmann pronunciavit (32), *argumentandi cauſa, hanc imaginem Spei, in Candelabris Barberinianis, eſſe Venerem. Me puderet eius ridicula argumenta refellere, nam hanc Spei figuram eſſe, ſatis ſuperque oſtendimus. Haec Dea culta eſt a Romanis, & plura templa habuit* (*Vide Nardini Roma Antica p.* 199. 442. & 466.) (33).

SILE-

(23) *Vide Velleium, Propertium, & Servium locis ſuprafcriptis; item Tacit. Annal. lib. 2. cap.* 41.

(24) *Propertius loc. cit.*

(25) *Propertius loc. cit.*

(26) *Vide Servium in allatum Virgilii locum, & Dio. Caſſ. lib.* 53. *pag.* 517.

(27) *Dedicatum eſt Theatrum ab Auguſto Q. Tuberone, & Fabio Conſulibus 4. Nonas Maias. Vide Plin. Hiſt. Natur. lib. 8. cap. 17., & Dionem lib. 54. pag. 538., & Tacit. Annal. lib. 3. cap. 64., & Svet. in Auguſto cap.* 43.

(28) *Plinius lib. 37. cap. 1. Vide Plutarchum in fine Vitae Marcelli, qui inquit*: Honori eius (*ideſt Marcelli*), & memoriae eius Octavia Mater Bibliothecam dedicavit.

(29) *Haec de Marcello a Gorio mutuata ſunt Muſ. Flor. vol. 1. pag.* 11.

(*) *Tab. VII N. II.*

(30) *Miſcellanea Italica vol. 1 Conſtantii Landi in veterum numiſmatum Romanorum Explicationes pag. 473. Vide Oiſelii Theſaur. Selectorum Numiſmatum Tab. 54. omnes Spei imagines tali modo expreſſae.*

(31) *Virgil. lib. 6. Aeneid. v 875. ſecundum iſtud Ciceronis: In Iuvenibus laudanda eſt ſpes.*

(32) *Winkelmann Hiſtoire de l' Art. vol. 1. p. 153. (& in Italico idiomate vol. 1. pag. 124.) inquit*. Parmi les ſix Divinites qui compoſent les deux flambeaux de marbre a trois faces du Palais Barberini, il y a une Venus avec une colombe. *Ille Spei ſolitum florem Veneris columbam eſſe affirmavit; quum ille ipſe Winkelmann in eodem libro Hiſt. de l' Art vol. 2. p. 46., & in Italico idiomate vol. 1. p. 124., & in deſcriptione gemmarum Bar. de Stoſch p. 301. in medium affert Numiſmata Claudii, & Philippi Impp. & ita loquitur*. L' Eſperence debout tenant à la main droite une fleur ſon Symbole ordinaire. *In quibus numiſmatibus Spei figura expreſſa eſt adamuſſim, ut in Candelabris Barberinis. In eumdem errorem incurrit in lib. monumenti Antichi pag. 46. Tab.* 30.

(33) *Si de hac Dea, & de eius flore* (*ſpei Symbolum*) *quem ſemper manibus tenet plura ſcire deſideras, conſule explicationes Conſtantii Landi pag. 471. loc. cit. Erizzo Diſcorſi ſopra le Medaglie pag. 87. Angeloni Iſtoria Auguſta pag. 38. praeſertimque Buonarroti: Oſſervazioni Iſtoriche ſopra alcuni Medaglioni pag. 418. & ſeq. ubi nonnulla lectu digna eruditè collegit.*

gior magnificenza la carica d' Edile (23) *con i favori ardentiſſimi della plebe, ed eſſendo nella ſua prima gioventù, in età di anni venti in breve tempo* (24) *morì a Baia* (25), *eſſendogli ſtato fatto un pubblico funerale, e ſecondo la coſtumanza fù in ſua lode recitata una funebre orazione, lo collocò Auguſto nel ſepolcro da ſe fabbricato nel Campo Marzio* (26), *ed onorò colla memoria del ſuo nome il Teatro già principiato da Giulio Ceſare; e comandò che negli ſpettacoli Romani foſſe portata nel Teatro la di lui immagine d' oro, e la corona d' oro, e la ſella Curule, e che foſſe collocata nel mezzo fra i Magiſtrati* (27), *che preſiedevano a queſti ſpettacoli. Tra le di lui opere illuſtri è fatta menzione della raccolta di gemme* (28), *che conſacrò nel tempio d' Apollo Palatino* (29).

Qui opportunamente ſi può collocare la Speranza in baſſorilievo ſcolpita nei celebri baſſirilievi dei Candelabri Barberini (*); imperocchè Marcello era la ſperanza dei Romani. Queſta Dea ſtà in piedi ornata d' una ſottiliſſima veſte, della quale alza con la deſtra mano una falda, mentre con la ſiniſtra preſenta il ſolito fior di Giglio. L' immagine di queſta Dea è ſtata eſpreſſa appunto tale quale ſi oſſerva in tutte le medaglie degl' Imperatori. Il Chiar. Conte Coſtanzo Landi parlando della medaglia della ſperanza (30), così favella di Marcello. *Virgilio certamente dottiſſimo nelle Antichità lodando la bella indole di Marcello Nipote di Auguſto, ma che per breve tempo (come dimoſtravano i contraſſegni d' un volto poco lieto, e gli occhi baſſi) gli ſarebbe ſtato conceſſo, e che ſarebbe per morire, queſti verſi ſoggiunſe che indicavano, che per la morte di giovine sì egregio ſarebbe tolta la pubblica ſperanza del Popolo Romano* (31).

Nè dell' Iliaca gente alcun fanciullo
Speme sì grande agli Avi ſuoi Latini
Prometterà di ſe, ne fia, che Roma
Tanto ſi pregi mai d' alcun ſuo figlio.

E poco dopo

Se del tuo fato eviterai 'l rigore,
Tu ſarai un Marcello. A mani piene
Gigli mi date, onde purpurei fiori
Sovra lui ſparga, e con tal dono almeno
L' Anima bella del Nipote onori,
E inutilmente un vano officio adempia.

Neſſuno mai di ſana mente può penſare, o ſcrivere, nè può meritar fede appreſſo gli altri, quanti errori grandiſſimi abbia detto Winkelmann (32), ſoſtenendo queſta immagine della ſperanza, nei Candelabri Barberiniani, eſſere Venere. Io mi vergognerei di confutare i di lui ridicoli argomenti; imperocchè abbiamo dimoſtrato più che abbaſtanza, eſſer queſta la figura della Speranza. Queſta Dea fù venerata dai Romani, ed ebbe molti tempii in Roma (Vedi Nardini Roma Antica p. 199. 442. e 466.) (33).

(23) Vedi Velleio, Properzio, e Servio nei luoghi citati; ſimilmente Tacito Annal. lib. 2. cap. 41.

(24) Properzio loc. cit.

(25) Properzio loc. cit.

(26) Vedi Servio nel luogo riportato di Virgilio, e Dione Caſſio lib. 53. p. 517.

(27) Fù dedicato il Teatro da Auguſto, eſſendo Conſoli Q. Tuberone, e Fabio i 4. di Maggio. Vedi Plin. Hiſt. Nat. lib. 18. cap. 17. e Dione lib. 54. p. 538. e Tacito Annal. lib. 3. cap. 64., e Svetonio in Auguſto cap. 43.

(28) Plinio Hiſt. lib. 37. cap. 1. Vedi Plutarco nella fine della vita di Marcello, dove dice: *e Ottavia ſua madre alla di lui memoria, ed onore dedicò la Biblioteca.*

(29) Queſte coſe ſon preſe dal Gori nel Muſ. Fiorent. vol 1. p. 11.

(*) Tav. VII. N. II.

(30) Miſcellanea Italica vol. 1. Spiegazioni di Conſtanzo Landi ſopra l' antiche Medaglie Romane p. 473. Vedi Oiſelio Theſaur. Select. Numiſm. T. 54. in tal maniera ſono eſpreſſe tutte l' immagini della Speranza.

(31) Virgilio lib 6. Aeneid. v. 875. ſecondo Cicerone la Speranza è da lodarſi nei giovani.

(32) Winkelmann Hiſtoire de l' Art vol. 1. p. 153. (e nella traduzione Italiana vol. 1. p. 124.) dice: *Parmi les ſix Divinites qui compoſent les deux flambeaux de marbres a trois faces du Palais Barberini, il y a une Venus avec une colombe.* Egli aſſerì il ſolito fiore della ſperanza eſſere la Colomba di Venere: quando l' iſteſſo Winkelmann nel medeſimo libro Hiſt. de l' art vol. 2. p. 46. e nella traduzione Italiana vol. 1. p. 124., e nella deſcrizione delle gemme del Baron Stoſch p. 301. riporta le medaglie di Claudio, e Filippo Imper., e così s' eſprime: *L' eſperence debout tenant a la main droite une fleur ſon ſymbole ordinaire.* Nelle quali medaglie la figura della Speranza è eſpreſſa tale quale come nei candelabri di caſa Barberini. Cadde nel medeſimo errore nei monumenti antichi p. 46. Tav. 30.

(33) Se deſideri ſaper molte coſe di queſta Dea, e del di lei fiore (ſimbolo della ſperanza) che tiene nelle mani, conſulta le ſpiegazioni di Conſtanzo Landi p. 471. Erizzo diſcorſi ſopra le medaglie p. 87. Angeloni Iſtoria Auguſta p. 38., e particolarmente Buonarroti oſſervazioni Iſtoriche ſopra alcuni medaglioni p. 418. e ſeg. dove con erudizione ha raccolte alcune coſe degne di eſſer lette.

LXXI.

SILENUS PROCUMBENS.

EVTHI OPUS,

Onychi excalptum.

APUD PRINCIPEM AEMILIUM ALTIERI ROMAE.

INſpicientibus gemmam hanc, quae apud excellentiſſimum Principem Aemilium Alterium, omnis antiquitatis, totiuſque elegantiae cultorem eximium adſervatur, ſtatim apparet, Euthum Septimii Severi aetate floruiſſe, opuſque hoc demonſtrare jam eo ſaeculo artes bonas in praeceps abire coepiſſe, prout ſaepe indicavimus. Aehenea tabula, qua gemmam ipſam addimus figuratam, a delineatore elegantius expreſſa eſt ex arbitrio.

Ignotum hactenus fuit Euthi huius ſcalptoris nomen, & in oblivione delituiſſet, niſi gemma haec illud nobis ſervaſſet. Notiſſimum tamen eſt, & commune argumentum, quod ipſa in gemma ſibi exprimendum aſſumpſit. Silenum in illa videre eſt placenti ſenili facie, nudus totus eſt, ſedetque humi, pallio ſuper dexteram manum dextero cruri admovet, ſiniſtram pendentem oſtentat: prope vas vino plenum (1) *videtur in ſomnum iturus; clauſi enim oculi ſunt, caputque pampanis redimitum* (2) *pendet in pectus; adſtat Geniolus lyram trichordem pulſans; ſedet in ſcopulo Geniolus alter, qui fiſtulam ori admovet ſuo.*

Plena ſunt antiquorum poetarum volumina carminibus, quae Bacchum, Silenumque, Gratiis & Amori comites jungunt. Huius gemmae argumentum exiſtimarem, quod Muſicae, ac Vini voluptates indicaret; nam ebrius in ea expreſſus eſt Silenus procumbens (prout Virgilius (3)*) ſocietate gaudentem duorum Amorum muſicalia inſtrumenta tractantium, & egregie exprimentium, quod a Solone dictum in fragmentis:* Nunc autem Veneris & Bacchi munera grata mihi ſunt, & Muſarum, quae gaudio homines afficiunt, & recreant.

Supercacaneum eſt hic plura addere de pampinea Sileni corona, de trichordi lyra (4), *quam Geniorum unus pulſat, de fiſtula denique* (5)*; Notiſſima enim haec ſunt. Verum ſi in praedicta gemma muſices & vini voluptatum ſubiectum exprimitur, in altera eleganti admodum venuſtaque gemma Regis Galliarum apud Mariette Tab. 35., vini Amoriſque oblectamenta exhibentur: Ibi Silenus conſpicitur obeſus, & facile ebrius, corona ex hederae foliis ornatus, qui pateram tenet dextera ad vini vas incumbente; eumque bini Cupidines curru deducunt, altero Cupidine eumdem currum retro impellente. Appoſite Euripides Bacchant. act. 3. v. 772.*

Vino enim ſublato, non eſt Venus,
Neque ulla alia voluptas hominibus amplius.

Cen-

(1) *De quo egregie Euripides Act. 1. ſc. 4. in Bacch. p. 83.*
Crater ſomnum viris immiſerit.

(2) *Seneca ita de Sileno Oed. Act. 2. chori. v. 439.*
Te ſenior turpi ſequitur Silenus aſello,
Turgida pampineis redimitus tempora ſertis.

(3) *Virgil. Ecl. 6. v. 14.*
Silenum pueri ſomno videre jacentem
Inflatum heſterno venas, ut ſemper, Iaccho.
& apprime Ovid. Art. Amat. lib. 1. v. 543. inquit.
Ebrius ecce ſenex &c.

(4) *Lyrae trichordis Mercurium inventorem fuiſſe narrat Diodorus Siculus lib. 1. p. 20. ubi dicit:* Lyrae a ſe inventae tres chordas induxit, anni tempora imitatus. Tres enim tonos fecit, acutum, grave, & medium. Acutum ab aeſtate, gravem ab hyeme, medium a vere deſumſit.

(5) *De Fiſtula elegantiſſimam diſſertationem habemus inter memorabilia Arcadum vol. 1. elucubratam a Clar. I. B. Zanobetti Advocato Rom. Cur., & Regis Hiſpaniarum conſultore amico meo ſuaviſſimo.*

LXXI.

SILENO GIACENTE.

OPERA DI EUTO,

Scolpita in un Onice.

APPRESSO IL PRINCIPE EMILIO ALTIERI DI ROMA.

A Chi rimira queſta gemma, che conſervaſi preſſo S. E. il Principe Altieri eſimio coltivatore dell' Antiquaria, e d' ogni elegante letteratura, toſto appariſce, che Euto artefice ſia viſſuto nei tempi di Settimio Severo, e che tal opera dimoſtra la decadenza delle Belle Arti di quel Secolo, come abbiam ſpeſſo indicato. L' inciſore arbitrariamente ha eſpreſſa queſta gemma nella ſtampa in una forma più elegante.

E' ſtato ignoto fin quì il nome di queſto artefice Euto, e ſarebbe andato in oblivione ſe non ſi foſſe conſervata queſta gemma. E' notiſſimo però, e comune l'argomento, che egli s' aſſunſe di eſprimere in queſta gemma. Si vede in eſſa Sileno con ſenile, e piacevol volto, tutto nudo ſedente ſopra un panno, tiene la man deſtra appoggiata alla gamba deſtra, la ſiniſtra pendente vicino ad un vaſo pieno di vino (1), e pare che dorma, imperocchè ſono chiuſi gli occhi, e il di lui capo pendente ſopra il petto è coronato di pampani (2), vi ſono due Genii, uno in piedi ſuonando una lira a tre corde, l'altro è ſedente ſopra una rupe, che s' accoſta la zampogna alla bocca per ſonare.

Pieni ſono i libri dei verſi degli antichi poeti, i quali a Bacco, ed a Sileno uniſcono per compagni gli Amori e le Grazie. Io ſtimerei che il ſoggetto di queſta gemma indicaſſe i piaceri della Muſica, e del Vino, perchè ſi vede eſpreſſo in eſſa Sileno ebrio, e giacente (come dice Virgilio (3)) in compagnia di due Genii, che ſuonano iſtrumenti muſicali, e che eſprimano egregiamente ciò, che fu detto da Solone nei frammenti: *Mi ſono grati i doni di Venere, di Bacco, e delle Muſe, i quali ſollevano l' animo, ed apportano l' allegrezza agli Uomini.* E' ſuperfluo di aggiunger di più della corona di pampani di Sileno, della lira di tre corde (4), che ſuona uno dei Genii, finalmente della zampogna (5); imperocchè queſte coſe ſono notiſſime. Se nella prefata gemma ſi eſprime il ſoggetto dei piaceri della muſica, e del vino, in una gemma del Re di Francia appreſſo Mariette T. 35. molto elegante, e grazioſa ſono indicati i piaceri del vino, e dell'amore, mentre ſi vede Sileno corpulento, e facilmente ebrio coronato di foglie di ellera, che tiene una tazza nella deſtra appoggiata ad un vaſo di vino; egli è in un carro tirato da due Amori, con un altro di dietro che ſpinge il carro. Quindi è a propoſito ciò, che dice Euripide nelle Baccanti Atto terzo v. 772.

Il vin ſi toglie, non v' è più Ciprigna,
Ne alcun altro piacer in oltre reſta.

Cre-

(1) Del quale egregiamente Euripide nelle Baccanti Atto 1. ſc. 4. p. 83.

. . . . . . Il vaſo pieno
Del buon liquore ſparge
Su de' mortali il ſonno.

(2) Seneca così di Sileno nell' Edipo Att. 2. chor. v. 429.

In vil giumento il vecchiarel Sileno
Ti ſegue, e l' ebre ſue tumide tempia
Pampinoſa ghirlanda orna, e circonda.

(3) Virg. Ecco la traduzione di Bernardin Daniello Ecl. 6. v. 14.

Cromi e Napſilo entro ad un antro ombroſo
Vider giacer Silen dal ſonno oppreſſo,
Che alla ſua uſanza avea le vene enfiate
Per molto vin da lui dianzi bevuto.

E beniſſimo Ovidio, Art. Amat. lib. 1. v. 543. dice

Ecco il vecchio ubriaco ec.

(4) Diodoro Siculo narra lib. 1. pag. 20., che *Mercurio fu inventore della lira a tre corde, avendo imitato le tre ſtagioni dell' anno; imperocchè fece tre toni l' acuto, il grave, il medio. L' acuto lo preſe dall' Eſtate, il grave dall' Inverno, ed il medio dalla Primavera.*

(5) Della Zampogna abbiamo una elegantiſſima diſſertazione nel primo volume delle memorie degli Arcadi del fu Chiar. Gio. Batiſta Zanobetti Avvocato e Conſultore del Re di Spagna mio grandiſſimo amico.

Cenſet laudatus Clariſſimus Mariette, voluptuoſum aliquem virum, ad vini, & Amoris voluptates aeque incitatum, hanc gemmam incidendam curaſſe. Maximam quidem cohaerentiam inter Bacchum, Venerem, & Cupidinem Poetae agnoverunt. Nonnus Dionyſiacus lib. 31. v. 269. ait:

Pulchrum mihi Bacchum videre in medio veli
Sedentem prope Amorem contubernalem.

Et Pauſanias lib. 1. c. 20. refert, quod Amorem Libero ipſi aſſiſtentem Thymilus fecit.

Binas addere praeſtat gemmas, in quarum una opificii non mediocris Silenus cornuto capite (*) (6), *ad arboris truncum, manibus poſt terga revinctus & inquietus apparet, pallium philoſophorum more habet, eique ad talos defluit. Faunus autem cornuto capite, pallioque pariter ornatus, dextra thyrſum taeniolis nobilitatum ſuſtinens, illi ſiniſtra manu cantharum propinat. Nympha pulcherrima profecto Aegle ſuper ſcopulo, elegantiſſimo corporis habitu, dextero innixa brachio ſedet, Silenumque contemplatur; ad Nymphae pedes fax inverſa ſpectatur. Hac in gemma ſagax artifex facile Sileni ad arborem ligati, & a Nympha Aegle illuſi fabulam expreſſit, de qua Virgilius cecinit* (7).

Addit ſe ſociam, timidiſque ſupervenit Aegle:
Aegle Najadum pulcherrima: jamque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.

Notatu dignior eſt altera gemma (**) *eximio opificio ducta apud Magnatem Percy Ducis Northumbeland filium, in qua expreſſus eſt Silenus totus nudus corpulentus inſidens complicatis cruribus, duas tibias manibus tenet, in proximo, ut videtur, vel ferula, vel aliud ignotum inſtrumentum jacet, inferius vero capſula quaedam aperta ſpectatur. Silenum hunc Marſiam crederem, qui tibias geminas reperit, ut teſtatur clare Plinius his verbis* (8): Geminas tibias Marſias. *Nec nova res eſt in antiquis monumentis Marſias Silenus geminas tibias habens; nam in eximio muſeo Herculanenſi tabula picta extat, ubi videre eſt Silenum hunc ſuper rupe ſedentem, & puerum Olympum tibias inflare docentem. Si quis vult pleniorem de Marſia habere notitiam, eruditiſſima conſulat commentaria, quae Academici Herculanenſes ad illud monumentum illuſtrandum edidere* (9). *Capſula facile ad Bacchi* (10) *myſteria attinere pateſt.*

Difficillimum enim eſt ſingulas ludicras explicare ſignificationes, quas antiqui in Bacchi familia, feſtiſque repraeſentandis adhibuere. Communia enim ſunt monumenta, quae vindemias, bacchanalia oſtendunt: Et jure merito uſi ſunt hoc ſubiecto; nam illo felicius varietate imaginum, quae introduci poſſunt, excogitari non poteſt, nec amabilius concurſu actionum, quas ſubminiſtrat, cum homines huiuſmodi oblectamentis ſint maxime dediti. Quid mirum igitur, ſi tot reperiuntur antiquitatis reliquiae, quae feſta haec bacchica complectuntur; immo gemmae huius generis ab antiquis poetis ſunt commendatae? Extat inter carmina in Anthologia a Jo. Iacobo Ruiskio Lypſiae edita pag. 1. Carmen 396. Epigramma Dionyſii Andrii, vel Cyziceni in haec verba:

Ηλίθος ἀςράπτει τελεθην πολύμορφον Ιακχȣ,
Και πτηνων τρυγωντα χορον καθύπερθεν Ερωθων.

Haec gemma radians oſtendit multiformia Bacchi ſacra,
Et ſuper illis vindemiantem chorum alatorum Amorum.

CU-

(*) *Tab. VIII. N. I.*

(6) *Raro Sileni caput cornutum antiquis in monumentis obſervatur, quamvis in Cataniae numiſmatibus ita expreſſum eſt. Vide Spanhemium ad Iuliani Caeſares p. 26.*

(**) *Tab. VIII. N. II.*

(7) *Virg. Ecl. 6. v. 20.*

(8) *Plin. Hiſt. Nat. lib. 7. pag. 56. & Athenaeus inquit lib. 4. pag.* 184. Metrodorus Chius in Troicis ſcribit Marſyam fiſtulam & tibiam Celaenis inveniſſe, cum uno calamo ſuperiores canerent. *Et Euſebius narrat, Praep. Evang. lib. 10. cap. 2.* Phryges fiſtulam; ex Phrygia enim erat Olympus, & Marſias, qui fiſtulam invenerunt.

(9) *Muſ. Herc. tom. 1. Tab. 19. & tom. 3. Tab. 19.*

(10) *De hac capſula vide pereruditos expoſitores Antiquit. Herculan. vol. 3. pag. 150.*

Crede il prefato celebre autore, che questa gemma sia stata fatta incidere da un voluttuoso egualmente sensibile ai piaceri del vino, e dell'amore. Una grande unione conobbero i Poeti fra Bacco, Venere, ed Amore. Nonno Dionisiaco lib. 31. v. 269. dice.

Bello è il vedere in mezzo a bianco lino
Bacco sedente al fido Amore accanto.

E Pausania lib. 1. cap. 20. narra, che *Timilo fece Amore, il quale sta in atto di assistere all' istesso Bacco.*

Conviene a questo proposito di aggiungere due gemme, nella prima delle quali di non mediocre lavoro si vede Sileno turbato col capo cornuto (*) (6), legate le mani di dietro ad un tronco di albero, avendo il pallio, come i Filosofi, che li scorre fino ai piedi. Un Fauno similmente cornuto col pallio tiene nella destra un Tirso ornato di nastri, e colla sinistra mano un vaso da bere, che offre a Sileno. La bellissima Ninfa Egle benissimo formata di corpo, siede sopra uno scoglio, appoggiata col destro braccio, guarda attentamente Sileno; ai piedi della Ninfa si osserva una facella rivoltata. Facilmente il sagace artefice ha espresso la favola di Sileno legato ad un albero, e burlato dalla Ninfa Egle, della quale così cantò Virgilio (7).

A quei, che pur temevano, compagna
Egle s' aggiunse, fra le belle Naiadi
Egle di tutte la più bella, e loro
Sopravenendo, al prigionier, che aperte
Omai luci avea, colle sanguigne
More gli colorì la fronte, e 'l viso.

Più curiosa è l'altra gemma (**) di lavoro eccellente, la quale possiede nel suo museo Milord Percy figlio del Duca di Northumbeland amantissimo di tali preziosi monumenti, nella quale è espresso Sileno corpulento, tutto nudo, sedente colle gambe incrociate, tenendo nelle mani due Tibie, e vicino, come pare, vi è in terra una sferza, o qualche altro ignoto istrumento; più a basso si vede una cassetta aperta. Io crederei, che questo Sileno fosse Marsia che ritrovò le doppie tibie, come dimostra chiaramente Plinio (8), che dice: *Marsia inventò le doppie Tibie.* Ne è cosa nuova, che negli antichi monumenti il Sileno Marsia abbia le doppie Tibie; imperocchè nel celeberrimo Museo di Ercolano esiste una pittura, nella quale si vede questo Sileno sedente sopra una rupe, che insegna suonare le tibie al fanciullo Olimpo. Se alcuno desiderasse avere maggiori notizie intorno a Marsia, legga gli eruditissimi comenti, che hanno pubblicato i dotti Accademici di Ercolano nell' illustrare quel monumento (9). Questa cassetta facilmente può appartenere ai misteri di Bacco (10).

E' cosa però difficilissima di volere spiegare tutte le scherzose significazioni, con cui gli antichi si sono compiaciuti di rappresentare nelle feste la comitiva di Bacco. Comuni sono i monumenti che rappresentano vendemmie, e baccanali. E meritamante si sono serviti di questo soggetto; imperocchè non si può pensare una rappresentazione più felice di quella per la varietà delle figure, che si possano introdurre, nè che sia più piacevole per il concorso delle azioni, la quale ella ci somministra; perchè gli uomini sono moltissimo dediti a questi divertimenti. Che maraviglia adunque, se si trovano tanti avanzi delle antichità, i quali comprendono queste feste di Bacco, anzi le gemme di questa sorte sono state lodate dai poeti? Esiste tra i versi dell' Antologia pubblicati a Lipsia da Gio. Giacomo Ruischio pag. 1. carmen 396. un epigramma di Dionisio Andrio, o Ciziceno in questi termini:

Questa raggiante gemma i sacrifizii
Dimostra fatti a Bacco in varie forme,
E sopra quelli il coro degli alati
Cupidini, che gode a far vendemmia.

CU-

(*) Tav. VIII. N. I.

(6) Raramente si osserva negli antichi monumenti Sileno col capo cornuto, benchè così è espresso nelle medaglie di Catania. Vedi Spanemio nei Cesari di Giuliano pag. 26.

(**) Tav. VIII. N. II.

(7) Virgil. Ecl. 6. v. 20.

(8) Plin. Hist. Nat. lib. 7. cap. 56. ed Ateneo lib. 4. pag. 184. dice: *Metrodoro Scio scrive nei Troici avere inventato Marsia in Celene la zampogna, e la tibia, quando prima suonavano con una canna.* Ed Eusebio Praep. Evangel. lib. 10. cap. 2. narra. *I Frigii la zampogna, perchè erano di Frigia Olimpo, e Marsia, i quali inventarono la zampogna.*

(9) Mus di Ercolano tom. 1. Tav. 19. e tom. 3. Tav. 19.

(10) Di questa cassetta vedi gli Eruditissimi Espositori del Museo di Ercolano vol. 3. pag. 150.

LXXII.

CUPIDO DELPHINO INSIDENS.

EUPLI OPUS,

Onychi excalptum.

EX DACTYLIOTHECA COMITISSAE FRANCISCAE CHEROFFINI.

Lepidum iſtud opus ex Artificis ſtylo Septimii Severi tempeſtate excalptum fuiſſe conjici licet. In pede ſcriptum habet ΕVΠΛΟ, *quae quidem inſcriptio dubium eruditis movet Artificis, ne nominis initium ſit, an potius ad Cupidinem navigantem ſit referenda. Abbas Winkelmann de hac gemma ita inquit* (1)*:* Un' Amour montè ſur un Dauphin avec la foüet à la main, dans un Camée de la Comteſſe Cheroffini à Rome avec l'Inſcription ΕΥΠΛΟΙ, c' eſt-à-dire à l' heureuſe navigation. La parole εὔπλοια (2) étoit comme l' enſeigne des quelques navires des Anciens.

Noſter auctor lapſus eſt. Nam ad oſtendendam ſuam eruditionem legit ΕΥΠΛΟΙ, *quando omnes, quos ſum percontatus in hanc rem, potiſſimum Clar. Pikler, in gemmarum cognitione peritiſſimus, legit* ΕΥΠΛΟ; *Attamen ſi haec inſcriptio haberet* ΕΥΠΛΟΙ, *quomodo* felici navigationi *explicari poſſet? Patet enim illum putaſſe in dandi caſu* Ευπλοι *dictum eſſe, quod eſt falſiſſimum: Nam* Ευπλ...ς *eſt tertiae declinationis, & contrhaitur* Ευπλϋς, *in dativo* Ευπλόω, *& contracte* Ευπλῷ. *Accedit* Ευπλοος *non ſubſtantive dici* pro bona navigatione, *ſed adjective pro* bonam navigationem habente, *nam Bona navigatio eſt* Ευπλοία (3). *Parcant literati viri, ſi has minutias pertractare cogor ad oſtendendum ingenium hominis. Literas illas artificis nomen exprimere poſſe exiſtimarem, quamvis verbum* Ευπλο, *neque in recto ut* Ευπλος, *neque in patrio caſu* Ευπλυ *terminationem ullam graecorum nominum reddit, ut in gemmis ſemper obſervatur. Hac in gemma aliquid detrimenti in ultima litera etiam conjectari liceret, prout huius in tabellae extremitate obſervatur (in qua inſcriptio* ΕΥΠΛΟ *legitur). Fortaſſe linea tranſverſa, non recta, ut eſſe deberet initio fuit, & ultima litera ab injuria temporum frangi potuit, & deinde a nonnullis antiquariis imperitis in hunc modum redigi: Et niſi mea me conjectura fallit, praeſtat ad hanc inſcriptionem ſupplere literam, ſcilicet* ΕΥΠΛΟϹ, *ſeu* ΕΥΠΛΟΥ *atque ita Artificis nomen intelligi, & puriorem huius inſcriptionis explicationem concinnare. Ideo nonnullorum gratia eruditorum, qui hanc gemmam Artificis nomine decoratam eſſe voluerunt, vulgandam curavi, cum, ut mihi videtur, Eupli nomen in antiquis monumentis omnino ignotum non ſit* (4).

Ar-

(1) *Winkelmann Deſcription &c. pag.* 139.

(2) *Plutarch. v.* 2. *p.* 1057 *in compend. comment. quo oſtenditur tam Stoicos quam Poetas abſurdiora dicere* οὐδὲν τῶν πλοίων διαφέρων, οἷς ἐπιγέγραπται μὲν εὔπλοια, καὶ πρόνοια σώζουσα. Adeoque ſimilis eſt earum navium, quibus, cum inſcribatur, Prosper cursus, providentia servans.

(3) *Vide Gretſerum Inſt. ling. Graecae lib.* 1. *p.* 72.

(4) *In Marmor. Arundell. Seldeni Inſcript. CIV. p.* 41.

D. M.
VAL. PATERNI.
SPECVL. EXERCIT.
BRITTAN.
CVRA. AGENTIBVS.
SEMP. PVDENTE.
MIL. FRVM.
ET. CVTIO. EVPLV.
MINISTRO. SPEC.
B. M FECERVNT.
IN. FR. P. VII. IN. AG. P. V.

Seldenus Comment. in indice rerum pag. 624. *inquit:* Euplu quid ſit non intelligo. *Ego crederem quod nomen eſſet Duo enim erant, qui curam ſepulchri Valerii Paterni aſſumpſerant,* Sempronius Pudens, & Cutius Euplus.

LXXII.

CUPIDO SOPRA UN DELFINO.

OPERA DI EUPLO,

Scolpito in Onice.

DELLA RACCOLTA DI GEMME DELLA CONTESSA FR. CHEROFFINI.

QUefta graziofa opera dalla maniera del lavoro dell'artefice può congetturarfi effere ftata fatta nei tempi di Settimio Severo. In fine vi è fcritto ΕΥΠΛΟ, la quale ifcrizione certamente dubiteranno gli eruditi, fe fia principio del nome dell'artefice, o piuttofto fia da riferirfi a Cupido navigante. L' Abate Winkelmann così dice di quefta gemma (1). *Un' Amour monté fur un Dauphin avec la foüet à la main dans un Camée de la Comteffe Cheroffini a Rome avec l'infcription* ΕΥΠΛΟΙ, *c'eft-a-dire a l'heureufe navigation. La porola* ευπλοια (2) *étoit comme l'enfeigne des quelques navires des Anciens.*

Il noftro autore è caduto in errore; imperocchè per dimoftrare la fua erudizione legge ΕΥΠΛΟΙ, quando tutti, che io ho interrogato fu quefta cofa, principalmente il Chiar. Pikler peritiffimo nella cognizione delle gemme legge ΕΥΠΛΟ; Contuttociò fe in quefta infcrizione fi leggeffe ευπλοι, come fi potrebbe fpiegare *alla felice Navigazione?* perchè è chiaro avere egli giudicato effer detta quella parola ευπλοι nel dativo, la qual cofa è falfiffima; giacchè ευπλοος è della terza declinazione, e fi contrae ευπλȢς, nel Dativo ευπλέω, e contratto ευπλῶ. Si aggiunge, che ευπλοος non fi dice fuftantivamente per *bona navigazione*, ma adiettivamente per chi ha *una buona navigazione*, perchè la bona navigazione è ευπλοια (3). Mi perdonino i Letterati fe io ho trattato quefte grammaticali minuzie per dimoftrarne folo il carattere della perfona. Io giudicherei, che quelle lettere poffano efprimere il nome dello artefice, benchè la parola ευπλο, non ha neffuna terminazione dei nomi Greci, nè nel nominativo, come ευπλος, nè nel genitivo come ευπλȢ, conforme fi offerva fempre nelle gemme. Potrebbe ancora congetturarfi effere in quefta gemma qualche mancanza nella ultima lettera conforme fi vede nella eftremità di quefta tavola (nella quale fi legge l'ifcrizione ΕΥΠΛΟ). Forfe ful principio fu una linea trafverfale, non retta, come dovrebbe effere, e l'ultima lettera potrebbe effere ftata rotta per l'ingiuria dei tempi, e dipoi da alcuni antiquarii imperiti ftata ridotta in quefta maniera. E fe io non m' inganno nella mia congettura, potrebbe fupplirfi a quefta ifcrizione una lettera, cioè ΕΥΠΛΟC, oppure ΕΥΠΛΟΥ, e intenderfi il nome dell' artefice; e rendere più chiara la fpiegazione di quefta ifcrizione. Perciò ho procurato di pubblicare quefta gemma in grazia di alcuni Eruditi, i quali hanno voluto, che ella fia refa illuftre per il nome dell' artefice, parendomi negli antichi monumenti non ignoto del tutto il nome di Euplo (4).

(1) Winkelmann Defcription ec. p. 139.

(2) Plut. v. 2. p. 1057 nel Comp. Comm. dove fi dimoftra che gli Stoici, come i Poeti hanno detto delle cofe le più affurde: ἀυδὲν των πλοιων διαφερων, οις επιγεγραπται μεν ευπλοια, καὶ προνοια σωζȢσα. *Non punto diffomigliante da quelle navi, le quali hanno quefte ifcrizioni* FELICE VIAGGIO, PROVVIDENZA CONSERVATRICE.

(3) Vedi Gretfero Inftitut. Ling. Graecae lib. 1. p. 72.

(4) In Marmor. Arundell. Seldeni Infcr. CIV. p. 41.

D. M.
VAL. PATERNI.
SPECVL. EXERCIT.
BRITTAN.
CVRA. AGENTIBVS.
SEMP. PVDENTE.
MIL. FRVM.
ET. CVTIO. EVPLV.
MINISTPO. SPEC.
B. M. FECERVNT.
IN. FR. P. VII. IN. AG. P. V.

Seldeno ne' Commentarii nell' indice delle cofe pag. 624. dice. *Non intendo cofa fia Euplu. Io crederei*, che foffe un, nome; imperocchè due erano, che fi prefero la cura del fepolcro di Valerio Paterno, *Sempronio Pudente, e Cuzio Euplo.*

Artifex profecto in hac gemma Cupidinem Delphino insidentem, & ferulam manu tenentem exhibente, nihil aliud voluit quam Cupidinis imperium in aequor demonstrare. Cupidinem feliciter navigans nullum prorsus impedimentum offendit, pisceſque universos arbitrio regit suo. Hanc imaginem e poetis desumptam sexcentis constat exemplis, quae nisi lectorum abuti patientia veriti fuissemus, in medium prolata essent. Ad rem vero firmandam verbis Eustathii de Ismeniae, & Ismenes amoribus impraesentiarum usi sumus. Hic enim lib. 2. (5): Leonem quamvis immanissimum, omniumque animantium fortissimum, talem tantumque nudi infantis metus incessit ec. (*Deinde inquit*) Verum inspiciamus, si lubet, capiti superscriptos jambos.

Amor puer, arma, ignem ferens,
Arcum, alas, nuditatem, piscium telum.

Tu me quid sit Amor, & quis sit interrogasti, viden? Utinam experto tibi faveat. Subjeci ego, mi Cratisthenes, ea modo, quae his versibus, & pictura significantur, explica. Tum ille: Amor nudus, armis, sagittis, pennis, igne, instructus est; Armis homines, igne mulieres, arcu feras, pennis volucres, nuditate pisces superat, illique ea, quae cernis omnia perpetem famulatus curam præstant. *Euripides etiam inquit* (6).

Non in virorum sola Amor se pectora
Et feminarum insinuat, ipsas quin Deum
Sollicitat animas, & ferum Ponti gregem.
Nec ipse contra tendere omnipotens Deum
Rex audet, ultro flexus imperium subit.

In nonnullis familiarum antiquarum nummis (7) *Cupido Delphino insidens eumque habenis gubernans aspicitur. Silentio praeterire non possumus numisma illud olim in Reginae Christinae, nunc Ducis Bracciani gaza extans, in quo Cupido Delphino insidens habenas laeva moderatur, dextra flagellum tenet, quemadmodum in nostra gemma observari licet. De hoc numismate sic laudatissimus Ez. Spanhemius ait* (8). Percussus Nicomediae temporibus Commodi, in quo similiter occurrit Delphino insidens puer iste Dioneus, qualem etiam videas in nummo Perinthiorum signato sub Elagabalo, & nonnumquam in gemmis antiquis. Ut jam illam praeteream, inspectam mihi apud vestratem Leonardum Agostini, in qua Cupido occurrebat, non Delphino quidem, sed vehiculo insidens, quod trhaebant duo Delphini. Ac plane apposite ad superioris hujus Cupidinis Delphino insidentis imagines, legas olim adlusisse Palladam, in veteri epigrammate (9). *Nudus Amor ea de caussa ridet, ac blandus est — Non enim arcum habet, aut ardentes sagittas — Neque frustra manibus Delphinum cohibet ac florem — Illa enim Terram, hac Mare tenet.* Si floris loco flagellum dextrae huius sessoris tribuas, eumdem continuo fatearis in superiori nummo ac illa imagine depictum, nudum nempe, inermem, & sinistra Delphinum, cui insidet, cohibentem.

Ad hanc rem apponimus gemmam (*) *ex perrara ectyporum sulphureorum collectione, Christiani Dehen, in qua Cymba quatuor Delphinis vehitur, & in ea duo spectantur Cupidines, quorum unus stans dextra habenis Delphinos regit, sinistra ferulam, alter sedens sinistra temone undas impellit.*

MI-

(5) *Eusth. lib. 2. pag. 55. & 56.*

(6) *Euripid. in Fragmentis Phaedrae pag. 500.*

(7) *Morelli Thesaur. numism. in Cordiae & Lucretiae familiis &c. Vide etiam numismata Pembrokiana sylloge p. 2. Tab. 50.*

(8) *Ez. Spanhem. de praestantia & usu numism. pag. 199. in 4. Consule Gorlaei Dactyliothecam p. 1. An. 180. Agostini Gem. p. 2. Tab. 59. & praesertim volumen primum Delle Pitture antiche d' Ercolano p. 195. Tab. 37. Nonnullae etiam in Mus. Flor. observantur gemmae scilicet in vol. 1. Tab. 77. n. 8. & 9. & Tab. 88. n. 1. & 2. in quibus a Delphinis vehuntur cupidines manu tenentes ferulam, de quibus hanc Erud. Gori pag. 153. exhibet sententiam.* Cupidines Cymbula, vel Delphinibus, ut opinor, vel Hippocampo vecti per mare, ad declarandam Elysiorum laetitiam pertinere etiam possunt; nam haec item emblemata frequenter in sepulcris defunctorum occurrunt: Frequenter in titulis Inscriptionum Gruteriani Thesauri describuntur, & a Fabretto Inscrip. Ant. c. 5. p. 382. & 383. *MS. Boissardi &c.* Bigas quatuor videmus a Cupidinibus sinistra habenas, dextra vero flagellum tenentibus ductas, quarum primae sunt marinorum equorum, secundae arietum perinde marinorum, tertiae leonum etiam marinorum, quartae gryphorum, quorum omnium animalium, corpora in piscem desinunt.

(9) *Anthol. lib. 4. cap. 12. Epigr. 56.*

(*) *Tab. VIII. N. III.*

L' artefice in questa gemma rappresentando Cupido sopra un Delfino che tiene in mano una sferza, sicuramente ha avuto nell' idea di voler dimostrare l' impero che ha Cupido sopra il mare. Cupido felicemente navigando, non ha ostacolo nessuno, e regola all' arbitrio suo tutti i pesci. Ci sono mille esempi, che dimostrano essere stata questa immagine presa dai poeti, che avremmo prodotti, se non avessimo temuto di abusare della pazienza dei leggitori; Ma per conferma di ciò riporteremo le parole d' Eustazio degli Amori d' Ismenia (5): *Il Leone quantunque crudelissimo, ed il più forte di tutti gli animali teme questo nudo fanciullo &c.* (Dipoi dice) *Ma se ti piace veggiamo questi versi Giambi scritti sopra la sua testa.*

Questo garzon è Amor ch' a in mano il fuoco,
L' Arco a le spalle, e le saette ai fianchi,
E su gli omeri ignudi ha due grande ale.

Tu mi hai interrogato, e tu vedi cosa sia Amore. Piaccia a Dio che ciò ti serva per esperienza. A cui soggiunsi, o mio Cratistene, spiegami ora quelle cose che sono espresse in quei versi, e nella pittura. Allora disse. Amore Nudo ha le armi, i dardi, le penne, e il fuoco; supera gli uomini con le armi, le donne col fuoco, le fiere con l' arco, gli uccelli colle penne, ed i pesci nel nuotare; e tutte quelle cose che tu vedi prestano a lui una perpetua, e diligente servitù. Ancora Euripide dice (6).

Amor non solo in maschio, ed in femmineo
Petto discende, ma conturba, e scuote
L' alme de' Numi colassù nel cielo,
E discorre pel mar, ne Giove istesso,
Che tutto può colla sua forza altera,
Lo respinge; ma cede, e di sua voglia
E' và seguendo del suo Amor l' impero.

In alcune medaglie di antiche famiglie (7) si vede Cupido, che cavalca un Delfino e lo regola colle briglie. Non voglio tralasciare di parlare di una Medaglia, ch' era della Regina di Svezia, che ora si conserva nel Museo Numismatico del Duca di Bracciano, nella quale un Cupido cavalca un Delfino e lo regola colla sinistra tenendo le briglie, e colla destra la sferza, come appunto si osserva nella nostra gemma. Di questa medaglia così il sempre lodato Spanemio (8). *Battuta questa Medaglia in Nicomedia nei tempi di Commodo, nella quale similmente questo figlio di Venere cavalca un Delfino, quale ancora si vede in una Medaglia dei Perintii battuta sotto Elagabalo, ed alle volte nelle gemme antiche. Come tralascerò io quella veduta da me presso il vostro Leonardo Agostini, nella quale vi era un Cupido, non sopra un Delfino, ma sopra un cocchio, il quale lo tiravano due Delfini? Certamente si adatta alla figura di questo Cupido di sopra il quale cavalca un Delfino, ciò che una volta scherzò Pallada in uno antico epigramma* (9).

Il nudo Amore ride, & è gicondo
Non senza causa l'arco, e le fiammanti
Saette avendo, e fralle mani un fiore
Non senza causa ed un Delfino stringe,
Poichè da una parte egli la terra,
Dall' altra tiene il mar.

Se in luogo di fiore darai una sferza nella destra a Cupido, subito confesserai essere l' istesso che nella medaglia sopramentovata, cioè nudo, inerme, e che colla sinistra regola un Delfino, che egli cavalca.

A questo proposito degli Amori con i Delfini riportiamo una gemma (*) della pregiatissima collezione degli zolfi di Christiano Dehen, nella quale vi è una barchetta tirata da quattro Delfini, ed in essa si veggono due Amorini, uno dei quali colla destra tiene le briglie regolanti i Delfini, nella sinistra ha la sferza, l' altro sedente col timone spinge l' onde.

 MI-

(5) Eust. lib. 2. pag. 55. e 56.

(6) Eurip. ne' frammenti di Fedra vol. 20. pag. 211.

(7) Morelli Thesaur. numism. nelle medaglie delle famiglie Cordia, e Lucrezia. Vedi ancora numismata Pembrokiana sylloge p. 2. Tav. 50.

(8) Ez. Spanhem. de praestantia & usu numis. pag. 199. in 4. Osserva Gorlaei Dactyliotheca p. 1. An. 180. Agostini Gemme p. 2. Tav. 59. e particolarmente il volume primo delle Pitture antiche di Ercolano pag. 195. Tav. 37. Vedi ancora alcune gemme nel Museo Fior. vol. 1. Tav 77 n. 8. e 9. e Tav. 88. n. 1. e 2. nelle quali dai Delfini son portati gli Amori, che tengano una sferza in mano. Di queste gemme questo è il sentimento dell'erudito Gori p. 153. *Gli Amori portati in una barchetta dai delfini, o cavallo marino, possono, come giudico, ancora appartenere a dichiarare l' allegrezza degli Elisi; imperocchè questi emblemi frequentemente s' incontrano ne' sepolcri. Frequentemente son descritti ne' titoli delle iscrizioni del tesoro Gruteriano, e dal Fabbretti Inscr. Ant. cap. 5. p. 382. e 383.* Nei MS. di Boissard. *Noi veggiamo quattro bighe condotte dagli amori, i quali tengono nella sinistra le briglie, nella destra una sferza: Le prime sono di cavalli marini, le seconde di capri marini, le terze ancora di leoni marini, le quarte di grifi; tutti questi animali terminano il loro corpo in pesce.*

(9) Anthol lib. 4. cap. 12. Epigr. 56.

(*) Tav. VIII. N. III.

LXXIII.

M I N E R V A.

EUTYCHIS AEGAEI DIOSCORIDIS FILII OPUS,

Amethyſto albo inciſum.

EX THESAURO COLONNA ROMAE.

Gemma, quam publici juris facimus, Divae Minervae diſciplinarum omnium artiumque cuſtodis, atque patronae, utpote quae iiſdem maxime praeſit, protomam exhibet. Eius quippe vultum virilis decoris gravitas hilaritate permixta eleganter exornat: hinc maieſtas, ſimulque amabile quidpiam eiuſdem in aſpectu renidet. Galea, quae ſuper ipſius caput nobilis erigitur, Divae vultûs & decus, & maieſtatem mirifice adauget. Bini Gryphiones totidemque hircina capita egregie inſculpta in eo cernuntur. Narratur a Plinio (1) *Phidiam tam eximiae pulcbritudinis ſculpſiſſe Minervam, ut formae cognomen acceperit. Hoc perbelle noſtrae gemmae quadrare videtur; tanta enim arte, tanta concinnitate hoc opus abſolvit peritiſſimus artifex Eutyches, ut merito Dioſcoridis patris ſui, & magiſtri laboribus aequetur.*

De tanta Artificis peritia ita Cl. Baro de Stoſch (2). Eutychem pictorem memorat Lucilius in epigrammate Graeco Anthologiae (3); ſed alius ab eo eſt Eutyches, qui gemmam hanc praeſtanti arte ſcalpſit, atque adeo alte imaginem incidit, ut in cereo ectypo caput, vultuſque non obliquus, ſed integer extent, ac promineant, quod in gemmis raro videre eſt, ob artificii difficultatem; Dioſcoridem inſuper in lineamentorum elegantia literarumque aemulatus videtur, cuius, ſi conjecturae locus ſit, diſcipulus fuit, magiſtrique nomen operi inſcripſit (4).

ΕΤΤΤΧΗC.
ΔΙΟCΚΟΤΡΙΔΟΤ·
ΑΙΓΕΑΙΟC·ΕΠ.

Licet enim Graecis proprio patris nomen addere mos eſſet, quod vetera monumenta teſtantur, a Scalptoribus tamen illud magiſtri, quem parentis loco colebant, nonnumquam appoſitum invenitur. In Hortis Ludoviſiis Romae legitur in baſi marmorea, Papirii, matriſque ſimulacra ſuſtinente.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ·
ΣΤΕΦΑΝΟΤΜΑ
ΘΗΤΗΣ.
ΕΠΟΙΕΙ·

ideſt Menelaos Stephani diſcipulus faciebat

De

(1) *Plin. lib. 34. cap. 8. pag. 50. vol. II.*
(2) *Stoſch Gem. p 46.*
(3) *Lib. 2 p. 212. edit. Vechel.*
(4) Eutyches Aegeos Dioſcoridis (*ſcilicet filius*) faciebat. *Pace clariſſimi viri ſingula haec multis dubitationibus ſunt obnoxia. Primum animadvertendum eſt, adductum Menelai exemplum nihil ad rem facere; ille enim ſe expreſſe Stephani diſcipulum deſignavit. Numquam apud Graecos in more fuit proprio patris nomen addere, ſed ſubaudiri, ut videre eſt in trunco Herculis Vaticani Apollonii, & in Gladiatore pugnace Burgheſiano Agaſias (vide in hanc rem Praefat. Bar. de Stoſch de Gem. Ant. p. 16. & ſeq.); Numquam vero diſcipuli nomen ſubauditur. Eutyches profecto Dioſcoridis filius, & facile diſcipulus intelligi poteſt. Si filius Dioſcoridis revera Eutyches eſt, habemus patriam praeſtantiſſimi artificis, de qua Plinius ſilet, Aegeam nempe.*

LXXIII.

M I N E R V A.

OPERA DI EUTICHE EGEO FIGLIO DI DIOSCORIDE,

Incifa in un Amatifta bianca.

DEL MUSEO COLONNA DI ROMA.

LA Gemma, che pubblichiamo, rapprefenta il bufto di Minerva, la Dea cuftode, e protettrice di tutte le arti, e le fcienze, alle quali in fpecial guifa prefiede. Una gravità virile unita ad un ilare afpetto adorna il fuo volto: quindi la maeftà in lei rifplende con un non fo che di amabile. L' elmo, che fopra il fuo capo fuperbamente s' innalza, aumenta maravigliofamente il decoro, e la maeftà del fuo volto. Si vedono in quello efpreffi con la maggior perfezione dell' arte due griffi, ed altrettante tefte di caprone. Si narra da Plinio (1), che Fidia fcolpì una Minerva di sì fublime bellezza, che prefe il cognome della gran bellezza, come appunto dir fi potrebbe della noftra gemma, che con tanta arte, e tanta eleganza il peritiffimo artefice Eutiche perfezionò queft' opera, che meritamente uguaglia Diofcoride fuo padre, e maeftro.

Dell' eccellenza sì grande di quefto artefice, così parla il B. Stofch (2). *Lucilio in un epigramma greco dell' Antologia* (3) *fa menzione d' Eutiche Pittore, ma è diverfo da quello il noftro Eutiche, il quale ha incifo quefta pietra con tanta eccellenza d' arte, e sì profondamente, che l' impreffione prefa in cera, rapprefenta la tefta, ed il vifo, non di profilo, ma tutto di faccia, la qual cofa rariffimamente s' offerva nelle gemme per la difficoltà del lavoro. Di più pare avere imitato nella eleganza dei tratti, e delle lettere la maniera di Diofcoride, del quale fi può congetturare, che foffe fuo difcepolo, e che incife nella fua opera il nome del fuo maeftro.*

ΕΥΤΥΧΗϹ·
ΔΙΟϹΚΟΥΡΙΔΟΥ·
ΑΙΓΕΑΙΟϹ·ΕΠ·

Quantunque il coftume dei Greci foffe di aggiungere al loro nome proprio il nome del padre, come s' offerva negli antichi monumenti; contuttociò fi trova, che gl' incifori mettevano qualche volta il nome del loro Maeftro, che avevano in venerazione, come loro padre. Nella villa Lodovifi di Roma in una bafe di marmo, fopra la quale è il gruppo di Papirio, e la Madre, fi legge quefta greca Ifcrizione (4):

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.
ΣΤΕΦΑΝΟΥΜΑ·
ΘΗΤΗΣ·
ΕΠΟΙΕΙ·

cioè: Menelao difcepolo di
Stefano faceva.

Dell'

(1) Plin. lib. 34. cap. 8. p. 50. vol. II.

(2) Stofch Gem. p. 46.

(3) Lib. 2. p 212. edizione del Vechelio.

(4) *Eutiche di Egea di Diofcoride* (cioè figlio) *faceva*. Mi fia permeffo di dire, che quefte cofe dette dal chiar. Antiquario fono fottopofte a molte dubbiezze. Primieramente è da avvertirfi, che l' efempio addotto di Menelao niente fa a propofito, imperocchè egli efpreffamente fi dichiara difcepolo di Stefano. Mai appreffo i Greci fu il coftume di aggiungere al proprio nome quello del padre, ma bensì di fottintenderlo, come fi può vedere nel Torfo dell' Ercole Vaticano di Apollonio, e nel Gladiatore combattente di Borghefe, di Agafia (vedi a quefto propofito la prefazione del Bar. de Stofch de Gem. Ant. pag. 10. e feg.) ma giammai fi fottintende il nome dello fcolare. Eutiche certamente fu figlio di Diofcoride, e facilmente può intenderfi fuo difcepolo. Se Eutiche è ficuramente figlio di Diofcoride, abbiamo la patria di Egea, di quefto eccellentiffimo artefice, della quale Plinio non ne fa parola.

De laboris vero praeſtantia ita proſequitur. Minervae protomam in gemma cernere eſt, cuius caput galea tegit, in qua Gryphiones duo, totidemque Hircina capita inſculpta ſunt, ut in alia idem numen referente gemma apud Cauſeum (5); non integrum ferreum thoracem, ſed partem tantum ſquamoſam geſtat, Gorgone ei affixa, & in eiuſdem extremitate ſerpentes errant, de quibus alias diximus, ac manu ſiniſtra mammae admota, veſtem tenet, dextra veriſimile videtur haſtam tuliſſe.

Huius praeclariſſimae Minervae pretium eſt non ſolum in opificii difficultate; nam Ametyhſtus facile diffinditur, ſed etiam conſtat in gemmae profunditate, (potiſſimum in galeae ornamentis adamantis cuſpide abſolutiſſime elaboratis), quae integrum extanſque Deae caput in cereo ectypo reddit, idemque quaſi anaglyphice excalptum in illo viſitur.

Hoc in opere Minerva maſculam ſpirans virtutem, decentique praedita ferocitate aſpicitur, prout illam Statius deſcripſit (6).

Diva ferox magni decus, ingeniumque parenti
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Caſſis, & adſperſo crudeſcit ſanguine Gorgo.

Gorgonem in Aegide ſagax excalpſit Artifex ad illius robur virtutemque magis, magiſque demonſtrandam; Caput enim Gorgonis formidine hoſtes terrere, putabant antiqui, & milites fortes audaceſque in bello reddere: ut ab Ovidio, Luciano, & Euripide eleganter narratur. Ovidius (7):

Gorgoneum crinem turpes mutavit in 'hydros,
Nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hoſtes,
Pectore in adverſo, quos fecit, ſuſtinet angues.

Lucianus (8): *Crit.* Sed Minervae adhuc mentionem faciam, Virginis armatae terribiliſque Deae, quae Gorgonem caput praefixum gerit, Giganteſque olim confecit ec. *Trieph.* Dic mihi igitur Critia, quae eſt Gorgonis utilitas, & cui bono pectus ea munit Pallas? *Crit.* Ut terribili quodam ſpectaculo, maliſque averruncandis apto: Quin terret etiam hoſtes, victoriamque, ut lubitum fuerit, ab una parte inclinat ad alteram. *Euripides* (9).

Cr. Ibi terra edidit Gorgonem terribile monſtrum.
Sen. Num ſuis filiis ſociam, & Deorum laborem?
Cr. Etiam & eam interfecit Iovis filia, Pallas Dea.
Sen. Quam vero formae truculentae figuram habebat?
Cr. Thoracem ſpiris viperae armatam habebat.
Sen. Num eſt fabula, quam audivi olim?
Cr. Huius pelle Minervam pectus munitum habere ferunt.
Sen. Quam aegidem nominant, Palladis veſtem?
Cr. Hoc adepta eſt nomen, quando venit in pugnam Deorum.

Ele-

(5) *Muſ. Rom. ſect. 2. n. 10. p. 39.*
(6) *Stat. Theb. lib. 2. v. 725. vide vol. 1. p. 116.*
(7) *Ovid. Metam. lib. 4. v. 803. vide Ariſtoph. Acharnen. v. 571.*
(8) *Lucian. in Dial. Phil. vol. 3. p. 592. vide Servium in Virgil. lib. 8. Aen. v. 435. & huius operis vol 1. p. 116.*
(9) *Euripid. in Ion. pag. 542. v. 975. & in Carmeli editione p. 136. v. 989.*

Tria Herculis Heſperidum victoris Gronovius (14) *refert monumenta a naglyphico opere, ſed non recte inciſa. Primum eſt noſtrum hoc Mediceum; alterum Beneventanum relatum quoque in Theſauro Antiq. Benevent* (15). *Tertium Anagninum, quod etiam laudatus Ferrarius illuſtrat. In Beneventano viſitur Hercules ſiniſtra clavam geſtans, ac dextera poma decerpens ex arbore, cui obvolutus eſt ſerpens. Ad radices huius arboris mulier ſeminuda proſtrata dormiens, dextero brachio cadenti, ſiniſtro capite innixo ſe ſuſtentans, cum inſcriptione*: ΗΡΑΚΛΗ· CѠΤΗΡΙ · Π · ΙΟΥΝΙΟC · ΙΑΝΟΥΑΡΙΟC. ΑΥΓΟΥΡ · ΑΝΕΘΗΚΞΝ · *Ideſt*: Herculi Servatori Publius Junius Januarius Augur Dedicavit.

De Anagnino noſtrae gemmae ſimillimo Cl. Ferrarius haec habet (16): Hercules erecto ſtatu ad praedam expeditior, ſuo leone pellitus a tergo: nudus caetera: fortique dextera digno, nodoſae clavae geſtamine armatus: compellanti, rogantique ſimilis, laeva papillam Heſperidis contingit: quae prioris conſimilem ramum (*tribus pomis onuſtum*) videtur offerre. Pone arbos attollitur, iiſdem pomis frugifera cuius trunco praelongus anguis intortis amplexibus circumvolvitur. Herculi autem Regi dicatum id opus fuiſſe, ſummo marmori adiuncta ſignificat inſcriptio: ΗΡΑΚΛΗ · ΒΑΣΙΛ · Λ · ΑΝΤΩΝΙΟΣ · ΑΠΕΛ · ΣΕΒ · ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ · ΑΝΕΘΗΚΕΝ · *Ideſt: Herculi Regi, Lucius Antonius Libertus Auguſti, ornamentorum concinnator poſuit.* Ego crederem potius comarum concinnator.

CLEO-

(8) *Argon. l. 4 v.* 1396.

(9) *l. 5. v. 33. Idem inquit Pauſ. l. 6. c. 19. Et Eurip. Herc. Fur. act. 1. ſc. 3. v.* 394.

> . . . . . . Et ad puellas Muſicas
> Venit in aulam Heſperiam (*ideſt in hortos Heſperios*)
> Aureis a foliis, ramiſque, pomiferum
> Fructum manu decerpturus
> Dracone, rubrum habente tergum,
> Qui circum inacceſſum & convolutum anfractum excubabat,
> Interfecto.

(10) *Dion. Chryſoſt. orat. 8. de virt. p. 67. in ea fuit ſententia, ut crederet, Herculem revera ab Heſperidibus poma recepiſſe, eademque Euriſteo dediſſe*: Mala autem, *inquit*, quae exiſtimabat aurea, accepta ab Heſperidibus, illi (*ſcilicet Euriſteo*) dedit: Ipſe enim iis nihil indigebat. *Utrum vero haec poma vere mala aurea fuerint, an cydonia, vel citri, non ita facile eſt definire. Vide ad hanc rem eruditiſſimum Maſſieu pag. 56. & Spanhem. de Uſu & Praeſt. p.* 294.

(11) *Haec Heſperidum fabula repraeſentatur in nummo regio maximi Moduli (vulgo* Medaglione) *Antonini Pii pereleganti, quem accurate explicat Montfauc. Suppl. Antiq. vol. 1. tab. 49. p.* 134.

(**) *Tab. XIII.*

(12) *Errant, ut ſtolidi, qui anaglyphum hoc hiſtoriam Adami Evaeque referre putant. Spanhemius vero illuſt. ant nummum, qui ad noſtri anaglyphi ſimilitudinem accedit, putat Herculis & Heſperidum fabulam ex Adami Evaeque rebus geſtis originem habuiſſe vol. 2. in Callimach. p. 620. Vide Cl. Maſſieu diſſ. ſur les Heſperides vol. 4. p.* 38. *Memoir. des Inſcript.*

(13) *Heſperid. p.* 25.

(14) *Antiq. Graec. vol. 1. Aaaa.*

(15) *Ioa. Vita Theſaur. Antiq. Benev. p.* 72.

(16) *loc. cit. p.* 25.

quale è avvolto un ſerpente, detto da Appollonio (8) *Ladone*, come appunto dice Lucrezio (9):

. . . . O il ſempre deſto
Angue di forza, e di ſtatura immane,
Il qual, con ceſſo irato, e bieco ſguardo,
Negli orti dell' Eſperidi donzelle,
Fu coſtode de' pomi aurei lucenti,
Al tronco ſteſſo avviticchiato intorno.

Probabilmente è una di quelle femmine Eſperidi, la quale eſſendo ucciſo il drago da Ercole, dà a queſto ſpontaneamente i tre pomi, acciocchè egli allettato dall' eleganza dell' albero, non rapiſca tutta la pianta (10), ovvero è una dell' Eſperidi, che parla ad Ercole moſtrandoli i pomi, quaſi voglia eſprimerli, che tali pomi ſono difeſi, e cuſtoditi dal drago: e queſta congettura mi par la più probabile, e la più conforme alla gemma, nella quale ſi oſſerva il drago, non già eſtinto, ma avviticchiato all' albero.

In un elegante medaglione del Rè di Francia è eſpreſſo Ercole, che toglie gli aurei pomi da un albero, al quale è avviticchiato un ſerpente, e ſi veggono ſtare preſſo all' albero le tre ninfe Eſperidi, una delle quali pare, che parli ad Ercole (11).

L' altro monumento, che riportiamo, è un baſſorilievo (**) di buon lavoro, eſiſtente nella Villa Medici di Roma, creduto da alcuni ignoranti rappreſentare Adamo ed Eva primi noſtri genitori (12). Si vede pertanto Ercole con volto giovanile, e con le gambe nude; ſiede ſopra un ſaſſo, ſopra del quale vi è la ſpoglia del capo d' un leone; col deſtro braccio ſi appoggia alla clava, e con la ſiniſtra mano tiene una cintura di cuoio della faretra giacente ai piedi. Dietro all' Ercole ſi vede un tronco di albero, i di cui rami ſon carichi di lunghi pomi, eſſendo a detti rami avviticchiato attorno un gran ſerpente. Vi è dirimpetto una donna in piedi coll' antica tunica, quaſi del tutto coperta, che la circonda una faſcia, tenendo la deſtra mano ſotto il mento, come penſoſa, o attenta nel rimirare Ercole, che la guarda; colla ſiniſtra tiene un ramo del medeſimo albero ricco di tre pomi. *Preſſo al fianco d' Ercole*, come dice il ch. Giov. Bat. Ferrari della Soc. di Gesù (13), *eſiſtono forſe le veſtigia di un altra delle Eſperidi; il piede certamente, e la gamba coperta di una veſte conſimile*, in queſto marmo il piede, e la gamba preſentemente mancano.

Tre monumenti in baſſorilievo, ma non bene inciſi, di Ercole vincitore dell' Eſperidi riporta Gronovio (14). Il primo è queſto noſtro di Villa Medici. L' altro è quello di Benevento riportato ancora nelle Antichità di Benevento (15). Il terzo quello di Anagni, il quale illuſtra il ſoprallodato Ferrari. In quello di Benevento ſi vede Ercole, che tiene nella ſiniſtra la clava, prendendo con la deſtra i pomi dall' albero, a cui è avviticchiato un ſerpente. Ai piedi di queſto albero è una femmina ſeminuda, dormiente, proſtrata, col deſtro braccio abbandonato, ſoſtenendoſi il capo colla ſiniſtra, con l' iſcrizione; ΗΡΑΚΛΗ ‘ CѠΤΗΡΙ · Π. ΙΟΤΝΙΟC. ΙΑΝΟΤΑΡΙΟC · ΑΤΓΟΤΡ · ΑΝΕΘΗΚΕΝ. Cioè: A Ercole Conſervatore Publio Iunio Ianuario Augure dedicò.

Di quello di Anagni ſomigliantiſſimo alla noſtra gemma così parla il Ch. Ferrari (16): *Ercolè in piedi per eſſere più pronto alla preda, ha la pelle di leone poſta dietro, e nel reſtante è nudo. armata la deſtra col portamento robuſto, e degno della nodoſa clava in ſembianza di favellare, e di pregare: con la ſiniſtra tocca la papilla dell' Eſperide, la quale pare, che gli offeriſca un ramo* (carico di tre pomi). *Dietro a lei è un albero dei medeſimi pomi, al di cui tronco un lunghiſſimo ſerpente con molti giri ſi ravvolge intorno. Queſto monumento eſſere ſtato dedicato ad Ercole Re lo dimoſtra la Greca iſcrizione aggiunta al marmo:* ΗΡΑΚΛΗ · ΒΑΣΙΛ · Λ · ΑΝΤΟΝΙΟΣ · ΑΠΕΛ · ΣΕΒ. ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ · ΑΝΕΘΗΚΕΝ · Cioè: Ad Ercole Re, Lucio Antonio Liberto di Auguſto, Coſmoploco, (*forſe Ornatore di chioma*), dedicò,

(8) Argon. l. 4. v. 1396.

(9) L. 5. v. 33. Il medeſimo dice Pauſ. l. 6. c. 19. Ed Eurip. Herc. Fur. act. 1. ſc. 3. v. 394.

E' là negli orti Eſperj
Alle fauciulle intente
A' loro uſati carmi
Andoſſene, dall' auree
Foglie, e da' rami il vago
Pomo di propria mano
Per iſpiccare, ucciſo
Avendo il fiero drago,
Che tutto il dorſo avea
Di roſſeggiante fiamma,
Il quale intorno al loco,
Che inacceſſibil era
Attortigliato in varie
Guiſe ſvegliato e pronto
Alla cuſtodia ſtava.

(10) Dion. Criſoſt. orat. 8. de virt. p. 67. fu di parere, che veramente Ercole aveſſe ricevuto dall' Eſperidi i pomi, e che gli aveſſe dati ad Euriſteo, così dicendo: *Diede poi a quello* (cioè ad Euriſteo) *i pomi, che egli credeva aurei, e che aveva ricevuti dall' Eſperidi: Imperocchè niente avea biſogno di quelli*. Se poi queſti pomi veramente foſſero mele cotogne, o mele arance, o cedrati non è così facile a definirlo. Vedi a queſto propoſito l'eruditiſſimo Maſſieu p. 56. e lo Spanemio de Uſu & Praeſt. p. 294.

(11) Queſta favola dell' Eſperidi è rappreſentata in un elegantiſſimo Medaglione di Antonino Pio, il quale accuratamente ſpiega Montfauc. ſuppl. Antiq. vol. 1. tav. 49. p. 134.

(**) Tav. XIII.

(12) Sbagliano come inſenſati quelli, che giudicano in queſto baſſorilievo rappreſentarſi Adamo, ed Eva. Spanemio poi illuſtrando una medaglia, la quale ha della ſomiglianza col noſtro baſſorilievo, giudica, che la favola di Ercole, e delle Eſperidi abbia avuto origine dall' Iſtoria di Adamo, e di Eva vol. 2. in Callimach p. 620. Vedi il Ch. Maſſieu diſſ. ſur les Heſperid. vol. 4. p. 38. Memoir. des Inſcr.

(13) Heſperid. p. 25.

(14) Antiq. Graec. vol. 1. Aaaa.

(15) Ioa. Vita Theſaur. Antiq. Benev. p. 72.

(16) L. c. p. 25.

LXXIX.

C L E O P A T R A.

H Y L L I   O P U S,

Carneolae incifum.

EX FULVII URSINI IMAG.

INgenium, Veneres, magnificentia, mire in Cleopatra enituere. Propter has dotes inter prifcas Heroinas merito recenfenda videtur. Forma enim iftius foeminae, etfi adeo elegans non fuerit, prout antiqua monumenta teftantur (1), *quae affentationem faepiffime redolent, illius tamen confuetudo, dulcis vocis fonitus, multarumque linguarum peritia* (2), *adeo illam apud omnes commendabant, ut Veneres Amorefque illam circumftantes, & exornantes ferociorum hominum corda quaecumque fubigerent. Atque haec in caufa potiffimum fuere, cur praeftantiffimus omnium Heroum Caefar dulcibus ac tenacibus eius laqueis irretitus apud eamdem confueverit, eiufdemque gratia Alexandrinum bellum gefferit* (3). *Verum fingulare ingenium tanti viri, & fortuna, quae illum ad imperii apicem properabat evehere incolumen ab illius amore tutatus eft. Non eadem bona fors M. Antonium affecuta eft, qui maluit illius fotus in gremio, mollem indignamque viro vitam vivere, quam totius Orbis habenas propriis manibus moderari; Quorum indignorum facinorum dein Antonius luit poenas.*

Cleopatra vero ut aliquo modo Antonio grata videretur, ftatim ac illius concidit fortuna, Auguftoque ceffit imperii fumma, cum hunc irretire amoribus, veneribufque fruftra tentaffet, mortem cogitavit, maluitque libera mori, quam captiva Imperatoris triumpho gloriam fplendoremque addere: Quapropter cum eam Proculeius mortem fibi confcifcere prohiberet, tenax propofiti, afpides forti animo eburneo admovit pectori (4), *nec muliebriter nigras Acherontis umbras expavit.*

Quanti nominis apud maiores fuerit haec femina, innumera prope teftantur monumenta, in quibus Artifices fuarum artium oftentarunt peritiam (5). *Quamvis huius Reginae fatum elegantiffime expreffum fit fexcentis in monumentis, fed praefertim in praeclaro, & profecto fingulari anaglypho argenteo, in quo exprimitur Cleopatra moribunda, & Cupido moeftus & plorans cum aliis figuris; Iuvat tamen in praefenti ineditas binas gemmas Cleopatrae formae praeftantiffima monumenta, & numeris omnibus ab-*

(1) *Sicuti in numifmatibus, & apud Plutarchum in Marci Antonii vita p. 927. qui fic de Cleopatra loquitur.* Neque enim erat ut perhibent, figura eius per fe adeo ufque incomparabilis, neque ut obftupefaceret fpectatores, fed habebat aculeos confuetudo inevitabiles, formaque cum fermonis illecebris, & morum fimul circumfufae confuetudinem veneres ftimulum aliquem infligebant. Ad haec loquentis voci inerat fuavitas, ac linguam ficut multarum organum fidium, prompte ad quemlibet fermonem vertens &c. *Quamvis nonnulli ex artificibus profecto affentandi caufa hanc Reginam forma praeftantem expreffere, prout inferius in duabus gemmis videri poteft.*

(2) *Vide Plutarchum l. c.*

(3) *Confule Dion. Caff. l. 42.*

(4) *Horat. lib. 1. Od. 37.*

. . . . . . Quae generofius
Perire quaerens, nec muliebriter
Expavit enfem, nec latentes
Claffe cita reparavit oras.
Aufa & jacentem vifere regiam
Vultu fereno fortis, & afperas
Tractare ferpentes: ut atrum
Corpore combiberet venenum.
Deliberata morte ferocior.
Saevis Liburnis fcilicet invidens
Privata deduci fuperbo
Non humiles mulier triumpho

(5) *Vide Cauf. T. 103. p. 43. Agoftini gem p. 1. T. 103. Muf. Odef. Vol. 1. T. 18. vol. 2. T. 21. Montf. Diar. p. 242. Gefner. Numifm. Imp. T. 11. Et in Mufeo illuftris optimique viri Antonii Le Froy Angli, antiquarum elegantiarum cultoris meritiffimi, aureum adfervabatur numifma* (*) *plane fingulare, cuius in priori parte M. Antonii vifitur imago, in pofteriori Cleopatrae cufum eft caput epigraphe infcripta M. Antonii M. ANTONIVS M. F. M. N. AVGVR. IMP. TERT. quae profequitur etiam circa Cleopatrae caput: Scilicet COS. DESIG. ITER · ET. TERT. IIIVIR · R. P. C. Hoc numifma in Catalogo numifm. Mufei Lefroyani. Et fi plura de illo cupis, vide explicationem huius nummi Cl. Philippi Venuti in libro cui titulus: Duoden. Numifm. in 4. Apud Portum Labronis pag. 13.*

(*) *Tab. XII. N. II.*

LXXIX.

CLEOPATRA

OPERA DI ILLO,

Incifa in una Corniola.

DALLE IMMAGINI DI FULVIO ORSINI.

IN Cleopatra rifplenderono maravigliofamente l' ingegno, le grazie, e la magnificenza; Perciò fi può meritamente annoverare tralle antiche Eroine. La bellezza di quefta Donna benchè non fia ftata tanto elegante come tanti monumenti (1) dimoftrano, i quali fpeffiffimo fentono d' adulazione, contuttociò la fua converfazione, il dolce fuono della fua voce, e la intelligenza di tante lingue (2) la rendevano tanto commendabile preffo tutti, che come che le Grazie, e gli Amori, i quali la circondavano, e l' adornavano, foggiogavano tutti i cuori degli uomini più feroci. Quefte cofe furono principalmente il motivo, per cui Cefare tra tutti gli Eroi il più fublime, legato dai dolci, e tenaci lacci di Cleopatra preffo lei fi trattenne, ed in grazia di lei fece la guerra di Aleffandria (3): Ma il fingolar talento, e fortuna di tanto Eroe, la quale s' affrettava ad inalzarlo all' impero, lo difefe falvo dai fuoi vezzi. Non fu così di Marc' Antonio, il quale volle piuttofto fare una indegna, e molle vita nel feno di lei, che regolare colle proprie mani il freno del mondo; delle quali indegne azioni Antonio dipoi riportò la pena.

Cleopatra per moftrarfi grata in qualche maniera ad Antonio, fubito che fi rovefciò la fortuna di lui, e pervenne ad Augufto l' impero, avendo ella colle fue Grazie, e cogli Amori invano tentato d' incatenarlo, pensò di darfi la morte, e volle piuttofto libera morire, che fchiava aggiungere gloria, e fplendore al trionfo dell' Imperatore, per la qual cofa Proculeio proibendo che ella fi deffe la morte, forte nella fua rifoluzione con animo intrepido all' eburneo petto approffimò i ferpenti (4), nè donnefcamente s' intimorì delle nere ombre di Acheronte.

Quanta fama aveffe preffo gli Antichi quefta celebre Donna, lo dimoftrano i monumenti quafi innumerabili, nei quali gli artefici oftentarono la perizia della loro arte (5). Benchè la morte di quefta Regina fia efpreffa elegantemente in mille monumenti, ma particolarmente in un eccellente, e fingolare bafforilievo di argento, nel quale è efpreffo Cleopatra moribonda con Cupido mefto, e piangente con altre figure; Fa d' uopo contuttociò pre-

pa-

(1) Siccome nelle Medaglie, e appreffo Plutarco nella vita di Marc' Antonio p. 927., il quale così parla di Cleopatra. *Nè la figura fua, come dicono confiderata a parte era sì incomparabile, nè sì maravigliofa, che reftaffero ftupefatti gli fpettatori, ma la fua converfazione aveva lacci inevitabili: e la bellezza cogli allettamenti del fuo difcorfo, e le Grazie fparfe infieme coi fuoi coftumi facevano una grande impreffione. S' aggiunga a quefte cofe la fuavità della voce, e la fua lingua, che come un iftrumento di molte corde prontamente fi volgeva a qualunque difcorfo.* Benchè alcuni artefici certamente per adularla efpreffero quefta Regina dotata d' eccellente bellezza come fi vedrà più a baffo in due gemme.

(2) Vedi Plutarco loc. cit.

(3) Confulta Dion. Caff. lib. 42.

(4) Orazio lib. 1. Ode 37.

. . . . . . Indi con animo
Maggior di fe cercando di morire
Non temè come Femmina l' acciajo;
Nè con fua gente meffa tofto in ordine
Afficurò le occulte fpiagge Egizie
Di tanto ardir, che con fereno volto
La Reggia vifitò mefta, ed afflitta;
Quindi con crude ferpi forte refefi
Per morir di velen: de fieri ed afperi
Liburni più feroce; onde non volle
Gran donna in gran trionfo effer condotta.

(5) Vedi Caufeo T. 103. p. 43. Agoftini Gem. p. 1. T. 103. Muf. Odef. vol. 1. T. 18. vol. 2. T. 21. Montfaucon Diar. p. 242. Gefnero Numifm. Imp. T. 11., e nel Mufeo dell' illuftre ed ottimo Inglefe Antonio le Froy amantiffimo delle Antichità fi confervava una medaglia di oro (*), certamente fingolare, nel dritto della quale è incifa la tefta di Marc' Antonio, nel rovefcio la tefta di Cleopatra, colla ifcrizione dalla parte di Marc' Ant. M. ANTONIUS · M. F. M. N. AVGVR. IMP. TERT., la quale feguita intorno la tefta di Cleopatra COS. DESIG. ITER. ET. TERT. IIIVIR. R. P. C. Quefta medaglia fi trova pubblicata nel Catalogo ftampato a Livorno del mufeo di Le Froy. E fe defideri fapere di più intorno a quefta medaglia, vedi la fpiegazione del chiar. Filippo Venuti nel libro intitolato Duodenorum Numifmatum apud Portum Labronis 1713. in 4. pag. 13.

(*) Tav. XII. N. II.

absoluta publici juris facere, in queis Aegyptiae heroinae mors sub oculis ponitur. Harum una (*), *moribundam Cleopatram ostendit humi sedentem parvae columnae tergo innixam, sinistrorsum capite inclinato, dextero brachio remisso, cui aspis implicatus mammas mordet, corpore propemodum nudato. E regione parvulus Amor alatus, nudatusque ambabus manibus, plorantes oculos, maestumque os cooperientem exhibet, quem propter est ara accensa, cui pharetra arcusque innititur. Hac in gemma Cupidinem tristitia affectum, posito, prope aram accensam, arcu, & pharetra Cleopatram plorans, tamquam alteram Amorum matrem expressum esse conjici potest. In altera praestanti anaglyphico opere, quae in Columniensium domo extat* (**), *Cleopatra humi strata, praestanti ore, pulvino humeris innixa, sinistra sub capite reflexa, dextera aspidem medio pectori blande admovens, vultu lethum proximum ostentans clausis aeternali somno oculis ab elegantissimo artifice excalpta est, ut apprime inquit Zenobius* (6). Dein & Cleopatra, regio composita vultu, angues uberibus apposuit, sicque interiit. *Tres dolentes circumstant alati Amores, quorum primus ad caput dexteram mulieris e sinu removere nititur, alter popliti submisso brachiolo, crus attollere tentat, dextraque aliquid notat, medius manibus ambabus, os tegit. Hac in gemma profecto, Cleopatra tamquam Amorum mater exprimitur, Amoresque circum eam moesti, plorantesque miserandum eius fatum conqueruntur, prout Amores Adonidis mortem ingemuisse egregie Bio cecinit* (7).

Recubat tener Adonis purpureis in vestibus
Circa autem eum plorantes gemunt Amores.

Ad hanc rem apprime verba faciens Clar. Montfaucon (8) *de Cleopatrae moribundae statua* (*si tamen est Cleopatra, quod non credo*). Verum magni illi sculptores, atque etiam pictores, id arti suae exhibendae opportunius putabant, si partem aliquam corporis nudam relinquerent, in qua artis elegantiam exercerent; ideoque hic Artifex, & brachia, & sinum exhibuit: Eius gratiosa facies, compositusque ad tristitiam vultus id efficit, ut vix a commiseratione cohiberi spectator possit, cum infelicissimum vitae exitum cogitat. *Ita sagacissimi nostri Artifices eleganter partes pulchriores Cleopatrae nudas atque faciem moribundam his in gemmis expressere, ut vix a commiseratione cohiberi spectator possit, cum tantae Reginae infelix exitus recordatur.*

TA-

(*) *Tab. XII. N. III.*
(**) *Tab. XII. N. IV.*
(6) *Zenob. Prov. Cent. V. num.* 24.
(7) *Bionis & Moschi Idyllia pag.* 33. *Et Moschus similiter in Epitaphium Bionis Bucolici Amatoris p.* 493. *Idil.* 4. *v.* 68.
Te super extinctum moesti lacrimantur Amores.
(8) Montf. Supplem. Antiq. vol. 5. pag. 13.

fentemente di pubblicare due gemme inedite eccellenti, e perfetti monumenti della bellezza di Cleopatra, nei quali fi vede fotto gli occhi la morte della Eroina Egiziana. Nella prima fi vede Cleopatra moribonda (*) fedente in terra appoggiato il dorfo ad una colonnetta, colla tefta piegata fulla parte finiftra, col deftro braccio abbandonato, al quale è avviticchiato un Afpide, che le morde le mammelle, col corpo quafi tutto nudo. Da una parte è un piccolo Amorino nudo, ed alato, che piange, e fi copre con ambe le mani il mefto volto; preffo di lui è un ara accefa, alla quale è appoggiata la faretra, ed un arco. In quefta gemma fi può congetturare effere efpreffo, che Cupido penetrato dal dolore, depofto l'arco, e la faretra preffo all' ara accefa piange Cleopatra, come un altra Madre degli Amori; Nell'altra, che è un Cammeo di eccellente lavoro, il quale (**) efifte nella Cafa Colonna, fi offerva Cleopatra belliffima giacente in terra appoggiata gli omeri ad un guanciale, colla finiftra piegata fopra la tefta, appreffandofi colla deftra un Afpide in mezzo al petto, dimoftrando nel volto la morte vicina, con gli occhi chiufi all' eternal fonno. Così è ftata fcolpita dall' elegantiffimo artefice, come beniffimo dice Zenobio (6). *Dipoi Cleopatra col real volto fi pofe gli Afpidi alle mammelle, e così morì*. Tre dolenti alati amori ftanno intorno a lei, il primo dei quali fi sforza di rimuovere dal feno la deftra della medefima, l' altro meffo il braccio fotto il garetto del ginocchio tenta di alzarle la gamba, e colla deftra accenna qualche cofa. Quello di mezzo fi copre il volto con ambedue le mani. In quefta gemma non è da dubitare che non fia efpreffa Cleopatra come Madre degli Amori, i quali ftanno intorno a lei mefti, e piangenti compaffionando il di lei deftino, come egregiamente cantò Bione (7) aver pianto gli Amori la morte di Adone.

. . . . Ei pur fi corca
Il molle Adone fu purpuree vefti
Sofpirangli d' intorno Amor piangenti.

A quefto propofito fi adattano beniffimo le parole di Montfaucon (8) della ftatua di Cleopatra moribonda (fe pur è Cleopatra che non credo). *Ma i grandi Scultori, e Pittori giudicavano bene per far pompa dell' arte loro, fe lafciavano qualche parte nuda del corpo; perciò quefto artefice fece le braccia e il feno. Il di lei graziofo volto e mefto fa sì che lo Spettatore appena può frenare il cordoglio, quando penfa l' efito infeliciffimo della fua vita*. Tale appunto gli accortiffimi noftri artefici efpreffero elegantemente in quefte gemme le parti nude più belle di Cleopatra, e la di lei faccia moribonda, che lo Spettatore appena può frenare il cordoglio penfando all' infelice fine di sì gran Principeffa.

TO-

(*) Tav. XII. N. III.
(**) Tav. XII. N. IV.
(6) Zenob. Proverb. Cent. V. Num. 24.
(7) Bionis, & Mofchi Idyllia p. 33. Mofco fimilmente nell' epitaffio di Bione Idilio 4. v. 68. p. 493.
. . . . Al tuo fepolcro
Van gli Amori iterando un trifto pianto.
(8) Montf. Supplem. Ant. vol. 5. p. 13.

LXXX.

TAURUS DIONYSIACUS.

H Y L L I O P U S,

Carneolae incifum.

EX THESAURO REGIS GALLIARUM.

H*Ac in explicanda gemma Bar. Stofch* (1) *impendam verba, ut alias feci; qui quidem haec habet:* Taurus fingulari artificio expreffus, extantibus mufculis, ad robur oftendendum, finiftro pede anteriori protenfo, extremae thyrfi parti, cui nux pinea alligata eft, infiftit, altero pede inflexo, ac caput demittit, e tergo dependet hederae viticula, foliis exornata. Bacchum apud Graecos fub tauri forma cultum fuiffe, ac praecipue Cyzici, quod eft Urbs Propontidis, auctor eft Euftathius (2): *Convivii quoddam vas* (*cornu erat*) *in cornubus bovillis veteres, & primi bibebant; quamobrem Bacchus cornua habens effingebatur, vocabaturque Taurus, & Cyzici Tauroformis collocatus erat in templis,* quae verba fere ab Athenaeo mutuatus eft (3). *Natalis Comes haec, quae omifit interpres Dalechampius, verba refert, & fic interpretatus eft* (4): Antiquos primofque ex bovinis cornibus bibere folitos perhibetur; Unde & cornutus Dionyfius fingitur, & Taurus a compluribus poetis nuncupatur, atque taurina facie confpicitur in Cyzico. Plutarchus fane in quaeftionibus Græcis (5) teftatur, Eleorum mulieres, Bacchum invocantes, clamare, *ἄξιε ταῦρε*, *digne Taure*, rationemque huius rei idem affert, quia nempe apud Aegyptios idem Bacchus, ac Ofiris putabantur, & in Apidis cadavere fepeliendo hinnulorum pelles, ac thyrfos geftabant, iifdemque clamoribus ac in Orgiis utebantur (6). *En eius verba: Ea de caufa plerique Graecorum Bacchi fimulacra faciunt, Tauri forma, & Eleorum mulieres, vota facientes, precantur, ut ad fe Deus veniat bubulo pede, & Argivis Bacchus eft Bovigena.* Hederam, Baccho facram, veteres fcripfere & in Attica, ut refert Paufanias (7): *Eumdem etiam Deum* (*Bacchum*) *hedereum* (*vocant*): eo enim loco hederae plantam vifam primum tradunt, & Orpheus (8):

Hedera florentem, faciem Tauri habentem (9).

CA-

(1) *Gem. ant. p. 56.*

(2) *In Iliad. pag. 883. Tom. 2. edit. Froben.*

(3) *Athen. Deipn. lib. 11. p. 476.*

(4) *Natal. de Comitib. lib. 11. cap. 8. p. 600. Adde quoque Athen. lib. 2. pag.* 38. Bacchum porro veteres pro ebriorum ftatu, ac moribus, quoniam ad violentiam temulentos vinum concitat, nunc cum Tauro comparant, nunc cum Panthera. Sunt enim vinolenti quidam iracundi; Taurus eiufmodi eft. Euripides.

Tauri protervi fuis irati petunt cornibus.

Quidam ob pugnacem audaciam efferantur; quod Pantherarum naturae convenit.

(5) *Plutarchus vol. 1. cap. 36. pag. 504.*

(6) *Plutarch. de Ifide & Ofiride vol. 2. pag. 148.*

(7) *Paufan. lib. 1. c. 31. pag. 78. edit. Lipf. 1696.*

(8) *Orph. Hymn. pag. 317. v. 4.*

(9) *De Tauro Dionyfiaco vide Mariette Tab. 42.*

LXXX.

TORO DIONISIACO.

OPERA DI ILLO,

Incisa in Corniola.

DEL MUSEO DEL RE DI FRANCIA.

NElla spiegazione di questa gemma mi servirò, come altre volte, delle parole del Barone Stosch, il quale dice (1): *Il Toro espresso con singolare artificio; sicchè per dimostrare la sua forza, si veggono tutti i muscoli; col piè sinistro steso dalla parte davanti posa sopra la cima di un tirso, a cui è attaccata una pina, tenendo l' altro piede incurvato; e abbassa la testa; il suo dorso è ornato di un ramo di foglie di Ellera, che li pende sul dorso. Bacco appresso i Greci, e principalmente quei di Cizico, che è una città della Propontide, era adorato sotto la forma di un Toro, come narra Eustazio* (2) *dicendo*, che gli Antichi avevano nei loro conviti un corno di Bove, nel quale bevevano, ed era il costume, che vi bevessero i primi; per la qualcosa rappresentavano Bacco con le corna, e si chiamava Toro, e i Cizici lo collocavano ne i templi sotto la figura di Toro. *Le quali parole ha prese quasi tutte da Ateneo* (3)*;* Natale Conti riporta queste parole tralasciate dal traduttore Dalecampio, e così le interpetrò (4). *E' fama che gli Antichi fossero soliti di bere nelle corna de' Bovi; per la qualcosa si esprime Bacco cornuto, e da molti Poeti è chiamato Toro, ed in Cizico si vede con la faccia di Toro. Plutarco nelle sue questioni Greche* (5) *attesta, che le Donne degli Elei, allora che invocavano Bacco, gridavano, ἄξιε ταῦρε*, Degno Toro, *ed il medesimo adduce la ragione di questa cosa, perchè giudicavano gli Egiziani esser Bacco l' istesso, che Osiride, e nel seppellire il cadavere di Api portavano delle pelle di Cerviotti, e de' Tirsi, e facevano i medesimi clamori, che nelle Orgie.* Ecco le sue parole (6); Per questo motivo la maggior parte dei Greci rappresentano Bacco in forma di Toro, e le Donne Elee, facendo voti, il pregano, che si accosti a loro col passo del Bove, e gli Argivi lo chiamano nato da un Bove. *Gli Antichi hanno scritto, che l' Ellera era consacrata a Bacco, e nell' Attica, al riferir di Pausania* (7), questo Dio Bacco lo chiamano il Dio dell' Ellera: *perchè riferiscono in quel luogo esser primieramente veduta la pianta dell' Ellera;* ed Orfeo (8):

Di Edera cinto, e di Torina faccia (9).

(1) Gemm. ant. p. 56.

(2) Eust. in Iliad. pag. 883. Tom. 2. edit. Froben.

(3) Athen. Deipn. lib. 11. p. 476.

(4) Natal. de Comitib. lib. 11. cap. 8. pag. 600. Aggiungi ancora Ateneo. lib. 2. pag. 38. *Bacco per l' abito, e costumi degli Ebri, giacchè il vino concita gli ubriachi alla violenza, ora lo paragonano ad un Toro, ora ad una Pantera. Imperocchè i grandi ubriachi sono iracondi, ed il Toro è tale. Euripide:*

I Tori superbi da sdegno mossi,
Con le sue corna feroci assalgono.

Certi s' inferiscono per l' audacia di combattere; la qual cosa conviene alla natura delle Pantere.

(5) Plutarco vol. 1. cap. 36. pag. 504.

(6) Plutarco de Iside & Osir. vol. 2. p. 148.

(7) Pausan. lib. 1. cap. 31. p. 78. edit. Lipf. 1696.

(8) Orph. Hym. pag. 317. v. 4.

(9) Sopra questo Toro Dionisiaco vedi Mariette Tav. 42.

LXXXI.

CAPUT IGNOTUM.

HYLLI OPUS,

Carneolae incisum.

EX MUSEO OLIM MEDICEO, NUNC ARC. AUST. M. D. ETRUR.

H*Aec gemma a Canini* (1) *in libro imaginum virorum illustrium edita est, qui Hylli Herculis & Melitae filii nomen in ea scalptum esse existimavit; dum Artificis Graeci nomen esse sane manifestum est, cuius nonnullas habemus gemmas; Ideo hoc nomine in casu patrio expressum est iuxta antiquos Graecos Artifices: quare verbum Opus subiunctum intelligi debet, ac si legeretur Opus Hylli.*

En de hoc monumento Cl. B. de Stosch explicationem (2). Philosophi caput, optime delineatum, inculta, densaque barba, promissis capillis, ac fascia redimitum incidit Hyllus. Veteres Heroas, comam barbamque demisisse, auctor est Plutarchus, de Lysandri statua agens, Delphis in templo ad valvas posita (3): *Veteri more comàti, barba promissa insignis.* Antiqui autem Philosophi densam barbam affectabant, quam ideo philosophicam lepide appellat Arnobius (4). *Nam quid Aesculapii gravitatem ab eo* (scilicet Dionysio) *esse commemorem risam? Quem cum barba spoliaret amplissima, boni ponderis, & philosophicae densitatis, facinus esse dicebat indignum, ex Apolline procreatum, patre laevi, & glabro, simillimoque impuberi, ita barbatum filium fingi.*

Hanc explicavit gemmam consulto Clar. Gori (5). Haereo (*ait*) adhuc incertus an hoc caput insigni, atque optimo artificio scalptum ab Hyllo, referat vel Poetam, vel Oratorem, vel potius Philosophum. Barba impexa ac rigens, capilli inculti, ac fere hircini, oris dignitatem efferentes, pallium humeros amiciens, Philosophum indicant; sed quomodo diadema convenire possit philosopho (si tamen diadema est; nam non bene horrentibus undique capillis in ipso gemmae ectypo apparet) nulla nec ratio, neque auctoritas suadet. De eo igitur quodcumque volunt judicium ferant viri docti.

Hoc ignotum caput proculdubio fascia redimitum est, idcirco Philosopho inconveniens, prout praeclarus Gori animadvertit. In ancipiti hoc rerum statu amicum maximum optimum aeterna memoria dignum Antonium Cocchi, Patriae meae & Italicae literaturae decus, in consilium adhibui, ut mihi explicaret, quid in hac gemma repraesentaretur. Sententiam hanc in sua epistola exposuit. Circa istud barbatum caput ab Hyllo scalptum anceps sum, nullum Numinis indicium reperio, & ne illud credam Philosophi, impedimento mihi est diadema; quare aliquem Poetam potius seu Regem putarem. Nullum similem vultum in numismatibus, & in marmoribus me vidisse memini, quamvis haec vultus lineamenta citius effigiem veram, quam commentitiam mihi repraesentare videantur.

Si aliqua mihi opinio magis arridere posset, crederem ex illa fascia arguendum esse, Regem aliquem barbarum in Gemma figuratum. Sed prudentius cum Cl. Gorio concludam: De eo igitur quodcumque volunt judicium ferant eruditi (6).

VI-

(1) *Canini Tab. 3. p. 13. & 19.* Haec gemma, *inquit Canini*, erat penes Hyppolitum Vitelleschi Equitem Romanum, nunc apud Marchionem Antonium Tassi.

(2) *Stosch. Gem. Tab. 38. p. 54.*

(3) *Plut. in Lys. p. 433. edit. Par. 1624.*

(4) *Arnobius contra Gentes lib. 6. pag. 258. Alevas, Aristodemus, Apollodorus, Androbulus, Asclepiodorus, Cephysodorus, Colotes, & Daemon reponuntur inter Artifices, qui Philosophos expresserunt. Plin. Lib. 34. cap. 8. p. 128. & 129.*

(5) *Gori Mus. Flor. vol. 2. tab. 2. n. 3. pag. 13. Peritissimus Artifex Carolus Gregori, qui hanc Mus. Flor. aeneam tabulam sculpsit, fasciam, quam hoc caput ignotum circumdat, praetermisit.*

(6) *Winkelmann Description pag. 423. de hac gemma inquit.* Tête d' un Philosophe avec le nom du graveur ΥΛΛΟΥ, dont l' original se trouve au cabinet de S. M. I. a Florence. Celui qui en a fait le dessein dans le Museum Florentinum n' y a pas remarqué le diadéme. *Si caput hoc diademate insignitum est, cur hac in gemma pronunciavit expressum esse philosophum?*

LXXXI.

TESTA IGNOTA.

OPERA DI ILLO,

Incisa in Corniola.

UNA VOLTA DEL MUSEO MEDICEO, ORA DELL' ARC. D' AUST. G. D. DI TOSCANA.

QUesta gemma fu pubblicata da Canini (1) nel libro delle immagini degli Uomini Illustri, il quale giudicò essere in essa inciso il nome di Illo figlio di Ercole, e di Melita, mentre è chiarissimo che è il nome dell' artefice Greco, del quale abbiamo altre gemme: perciò è espresso in genitivo all' uso degli antichi artefici Greci, intendendosi la parola Opera, e come si leggesse Opera di Illo.

Ecco la spiegazione di questo monumento fatta dal Ch. B. de Stosch (2). *Illo incise la testa di un filosofo perfettamente disegnata, con incolta, e densa barba, e lunghi capelli, e con una fascia che li circonda la testa. Plutarco* (3) *c' insegna, parlando della statua di Lisandro che era in Delfo alle porte del tempio, che gli antichi Eroi tenevano già la chioma, e la barba,* chiamandolo insigne per la chioma e lunga barba, secondo l' antica usanza. *Gli antichi filosofi facevano ostentazione di portare una barba densa, che Arnobio* (4) *graziosamente la chiama filosofica.* Perchè fo io menzione della gravità di Esculapio derisa da Dionisio? il quale avendolo spogliato di una grandissima barba, di gran peso all' uso dei filosofi, diceva essere cosa indegna, che nato da Apollo padre delicato, e senza pelo, e somigliantissimo ad un giovinetto, formasse così il figlio barbato.

Il Chiar. Gori (5) spiegò questa gemma con riflessione: *Sono in dubbio* (dice) *se questa testa incisa da Illo con ottimo artificio, rappresenti un Poeta, o un Oratore, o piuttosto un Filosofo. La barba non pettinata, ed orrida, i capelli incolti, e quasi caprini, che rilevano una certa fierezza di volto, il pallio, che li copre le spalle, indicano un Filosofo. Ma in che maniera possa convenire un diadema o fascia ad un Filosofo* (*se pure è un diadema o fascia; imperocchè ciò non bene comparisce nella impressione della gemma a motivo de' capelli da per tutto orridi*) *nessuna ragione, e nessuna autorità lo persuade. Di questa gemma i Letterati pronuncino come vogliono il loro sentimento.*

Sicuramente questa testa ignota è circondata da una fascia; perciò non adattata ad un Filosofo, come benissimo osservò il Chiar. Gori. In questa dubbiezza volli consultare il mio ottimo Amico Dottore Antonio Cocchi degno di eterna memoria, e decoro della mia patria, e della Italiana letteratura, perchè mi spiegasse quel che rappresentava questa gemma. Egli in una sua lettera mi espose il suo parere. *Non sò determinarmi rispetto a questa testa barbata fatta da Illo; non vi veggo alcuno indizio di Deità, e per crederlo Filosofo, mi fa ostacolo quel diadema, onde lo prenderei piuttosto per qualche Poeta, o qualche Re. A me non viene in mente alcun simile volto da me veduto, o in medaglie, o in marmo, benchè quei tratti sembrano piuttosto una testa vera, che ideale.*

Se alcuna opinione a me piacesse, io argomenterei da quella fascia, che potesse in questa gemma rappresentarsi qualche Rè barbaro; Ma concluderò più prudentemente col Chiarifs. Gori. *Di questa gemma i Letterati pronunzino come vogliono il loro sentimento* (6).

(1) Canini T. 3. p.13. e 19. *Questa gemma*, dice Canini, *esisteva presso Ippolito Vitelleschi Cavaliere Romano: adesso la possiede il Marcb. Antonio Tassi.*

(2) Stosch Gem. T. 38. p. 54.

(3) Plutarco in Lysand. p. 433. edit. Par. 1624.

(4) Arnobius contra Gentes lib 6. p. 258. Tra gli Artefici che espressero i Filosofi furono Aleva, Aristodemo, Apollodoro, Androbulo, Asclepiodoro, Cesisidoro, Colote, e Demone. Plin. lib. 34. cap 8. p. 128. e 129.

(5) Gori Mus. Flor. vol. 2. T. 2. n. 3. p. 13 Il peritissimo Artefice Carlo Gregori, il quale incise questa tavola, nel Mus Fior. tralasciò la fascia, che circonda questa testa ignota

(6) Winkelmann Description &c. pag. 423. di questa gemma dice. *Testa di un Filosofo col nome di Illo incisore, di cui l'originale si trova nel Museo di S. M. I. a Firenze. Quello che ha fatto il disegno nel Museo Fiorentino non ha osservato il diadema.* Se questa testa è insignita del diadema, e perchè pronunciò essere espresso in questa gemma un Filosofo?

LXXXII.

VICTORIA IN BIGA.

LUCII OPUS,

Sardae incisum.

EX DACTYLIOTHECA MARKIANA HARLEMI (*).

N*Ullum de hoc Artifice Lucio conjecturam afferre possumus, cum ejus aposphragisma, etsi curas omnes adhibuerimus, invisere tamen haud nobis licuerit.*

Saepe laudatus a nobis Bar. Stosch hanc gemmam ita explicat, nil de artifice loquitur. Victoria alata bigam, a velocibus equis tractam, moderatur, habenas sinistra ac flagellum dextra tenens, eoque corporis motu expressa est, quo aurigas in Circo descripsit Virgilius (1).

Nec sic immissis aurigae undantia lora
Concussere jugis, pronique in verbera pendent.

Vetustissimum fuisse in praeliis bigarum usum nos docet Homerus (2), dum in Trojae obsidione Pandarus Aeneae hortanti, ut contra Graecos impetum faceret, respondet, currum sibi non esse, sed Lycaoni, apud quem

. . . . *Undecim currus*
Pulchri primum compacti, recens facti, circa vero stragula
Expansa sunt, apud autem eorum unumquemque bijuges equi.

Hinc ad Graecorum ludorum celebritates bigae translatae, inde a Romanis ad Consuales, Circenses postea dictos, in quibus, qui praemium in cursu assequebantur, id Victoriae Numini, cuius imago in Circo visebatur, tribuebant; ideo frequentes in gemmis bigae cum Victoria insculptae, quarum duae extant apud Leonardum Augustinum (3), imo in primis argenteis nummis signatae, Bigatique appellati, cujus rei rationem reddit Schefferus (4), ut scilicet in mentem revocarent Circenses primos Romuli, quorum occasione (raptis Sabinis) matrimonia suis comparavit, & quodammodo civitatem de novo condidit. *Et ante bigas sic cecinit Lucretius* (*lib.* 5. *v.* 1296.)

Et prius est reppertum in Equi conscendere costas,
Et moderarier hunc fraenis, dextraque vigere;
Quam bijugo curru belli tentare pericla:
Et bijugo prius est, quam bis conjungere binos,
Et quam falciferos inventum ascendere Currus.

Hoc argumentum Victoriae scilicet ducentis bigam valde placuit gemmarum scalptoribus (5), *nec non pictoribus antiquis, ut affirmat Plinius, qui de Eutychide loquens, haec ait* (6): Eutychidis bigam regit Victoria.

Clar. P. Galeotti (7) *celeberrimam refert inscriptionem apud Gruterum pag.* 656 de puero, qui Circensium Bigarum cursu delectari mirifice visus fuerat, cujus imagini in curru extantis, pal-

(*) *Nunc apud Comitem Wassenaer ut inquit Winkelmann Description &c. p.* 185.

(1) *Virg. Aen. lib.* 5. *v.* 146.

(2) *Hom. Iliad. lib.* 5. *v.* 193. *quod & clarius demonstrat Virgilius in lib.* 2. *Aen. v.* 272. *Vide etiam lib.* 7. *v.* 280. *lib.* 10. *v.* 453. *& lib.* 12. *v.* 164.

(3) *N.* 190. *&* 191.

(4) *De Re Vehicularia lib.* 2. *cap.* 11. *pag.* 158.

(5) *Gorlaeus Gem.* 46. *Mariette T.* 2. *Tab.* 119. *&* 120. *Mus. Odesc. T.* 2. *Tab.* 27. *& plurimi alii &c.*

(6) *Plin. lib.* 35. *cap.* 11.

(7) *Galeotti Mus. Odescal. T.* 2. *pag.* 64.

LXXXII.

LA VITTORIA IN UNA BIGA

OPERA DI LUCIO,

Incifa in Sardonica.

DEL GABBINETTO DEL SIG. MARK A HARLEM (*).

DI quefto Artefice Lucio non poffiamo azzardare neffuna congettura, perchè con tutte le diligenze ufate non abbiamo potuto vedere un impreffione di quefta gemma.

Il Baron Stofch da noi fpeffo lodato così fpiega quefta gemma, fenza far parola di quefto artefice. *Si vede una Vittoria alata in una biga tirata da veloci Cavalli, tenendo nella finiftra le redini, e nella deftra la sferza, ed è efpreffa nella medefima azione, nella quale Virgilio* (1) *defcriffe gli aurighi nel Circo.*

Ondeggianti le briglie agli fcappati
Deftrier, nè così fcuote, e curvo, e chino
Nell' atto di sferzar l' auriga pende.

Omero c' infegna (2) *effere ftato antichiffimo l' ufo delle bighe ne' combattimenti, allorchè Enea efortando Pandaro nell' affedio di Troia a fare un' irruzione contro i Greci, li rifpofe non avere il carro, ma Licaone.*

So, che ci fono undici cocchi belli,
Meffi infieme ab antico, e di novello
Lavorati, e d' intorno le cortine
Son ftefe, e ciafcun ha fuoi due Cavalli.

Di quì l' ufo di quefte bighe pafsò agli Spettacoli dei Greci, dipoi ai Romani negli Spettacoli Confuali, dipoi detti Circenfi, nei quali quelli che riportavano il premio, l' offerivano alla Dea Vittoria, la di cui immagine fi vedeva nel Circo; perciò frequentemente s' offervano nelle gemme le bighe incife con una Vittoria, delle quali due efiftono preffo Leonardo Agoftini (3), *anzichè nelle prime medaglie d' argento battute, fon chiamate dai Latini* Bigati, *rendendone di ciò la ragione Scheffero* (4): *quefto era., diceva, per richiamar la memoria dei primi Giochi Circenfi celebrati da Romolo, per l' occafione dei quali, furono rapite le Sabine, e per quefto mezzo procurò i matrimoni al fuo popolo, ed in una certa maniera fondò di nuovo la Città.* E avanti le bighe così cantò Lucrezio (lib. 5. v. 1296.)

E pria fu da mortali in ufo pofto
Il falir fu i Cavalli, e moderarli
Col freno, e della fpada armar la mano,
Che il tentar fovra i carri a due Corfieri
Della guerra i perigli: e i carri a due
S' inventar pria che a quattro, e che di falci
Crudeli armati.

Quefto argomento della Vittoria conducendo una biga è molto piaciuto agli Incifori (5), ed ai Pittori antichi, come afferma Plinio, il quale parlando di Eutichide così dice (6): *La Vittoria regola una biga, opera di Eutichide.*

Il Chiarifs. P. Galeotti riporta una molto celebre ifcrizione preffo Grutero pag. 656. *di un fanciullo, il quale fi dilettava maravigliofamente della corfa delle Bighe Circenfi, l' immagine del* quale

(*) Ora appreffo il Conte Waffenaer, come dice Winkelmann Defcription pag. 185.

(1) Virg. Aen. lib. 5. v. 146.

(2) Hom. Iliad. lib. 5. v. 193., ma più chiaramente lo dimoftra Virgilio nel lib. 2. Aen. v. 272. vedi ancora lib. 7. v. 280. lib. 10. v. 453., e lib. 12. v. 164.

(3) N. 190. & 191.

(4) De Re Vehicularia lib. 2. cap. 11. pag. 158.

(5) Gorlaeus Gem. 46. Mariette T. 2. Tav. 119. e 120. Muf. Odefcalchi T. 2. Tav. 27. e molti altri ec.

(6) Plin lib. 35. cap. 11.

(7) Galeotti Muf. Odefc. T. 2. pag. 64.

palmamque praeferentis adſcriptum eſt diſtichum hoc, cujus primus verſus pede uno mutilatus claudicat.

F L O R V S · E G O · H I C · I A C E O
B I G A R I V S · I N F A N S · Q V I · C I T O
D V M · C V P I O · C V R R V S · C I T O
D E C I D I · A D · V M B R A S
I A N V A R I V S · A L V M N O · D V L C I S S ·

Caeſaribus regnantibus Biga honoris ſignum eſſe coepit; iis praeſertim, qui largiendo, & profundendo pecuniam populum demeruiſſent. Argumento eſt alia Gruteri Inſcriptio pag. 440., quae extare dicitur ſub Praeneſte in via publica, qua Albam itur, in baſi:

A MVNIO A. F. &c.

Victorias, quas etiam Bigis decertantes aurigae in ludis Circenſibus aſſequebantur, palmas caeleſtes Lyricus Latinus appellat (8), *qui & alibi cecinit* (9).

. . . . Palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

Omnino lectu digniſſima eſt admirabilis huiuſmodi ſpectaculorum deſcriptio, quam habet Sophocles (10).

Nam ille altero die, cum equeſtre
Certamen erat, ſole jam primum orto,
Progreſſus eſt, una cum multis aliis currum ductoribus,
Ex quibus Argivus unus erat, Spartanus unus, duo
Lybici curruum compactorum aurigae,
Et ipſe inter eos Theſſalicos equos
Ducens, quintus erat: Sextus vero Aetolus
Flavos equos habebat; Septimus ex Magneſia,
Octavus Leucippus Aenienſis genere,
Nonus ab Athenis divinitus conditis advenerat,
Boeotius quidam decimum ducebat currum.
Hi ſtantes, cum ordinati ludorum praefecti
Sorte loco curribus aſſignarent,
Ad aereae tubae cantum proſiluerunt, atque ſimul
Equos hortantur, & lora manibus
Quatiunt, totumque curriculum impletur
Fremitu a curribus perſtrepentibus, & pulvis in altum
Glomeratur, ſimulque omnes inter ſe mixti
Non parcebant ſtimulis, ne aliquis ex ipſis
Alterius rotas, & equorum flatus ſuperare poſſet.
Nam circa terga, & rotarum orbitas
Spumabant, irruebant equini flatus.
Oreſtes autem verſus extremam columnam
Flectebat ſemper mediolum rotae. Dextro vero laxans
Equo Siraeo frenum, attrahebat lora alteri proximo,
Et tamdiu quidem currus omnes erecti ſtabant,
Donec viri Aenienſis equi indomiti
Vi abripiunt ſe, & ex adverſo
Conficientes jam ſextum ſeptimumque curriculum
Frontibus concurrunt cum Lybicis curribus.

Ex

(8) *Horat. lib. 4. Od. 2. v. 17.*
(9) *L. 1. Od. 1. v. 5.*
(10) *Sophocles Electra v. 699.*

quale si vedeva in un cocchio portando una palma, con questo distico, il di cui primo verso è mancante di un piede.

FLORVS · EGO · HIC · IACEO
BIGARIVS · INFANS · QVI · CITO
DVM · CVPIO · CVRRVS · CITO
DECIDI · AD · VMBRAS
IANVARIVS · ALVMNO · DVLCISS ·

Regnando gl' Imperatori la Biga cominciò ad essere un contrassegno di onorificenza, principalmente a quelli, i quali largamente donavano, e profondevano il denaro per cattivarsi l' amore del popolo. Una riprova di ciò è un altra iscrizione del Grutero pag. 440. la quale si dice esistere sotto Preneste nella via pubblica, andando ad Alba, nella base.

A · MVNIO · A. F. &c.

Gli Aurighi combattendo nelle bighe nei Giochi Circensi conseguivano le Vittorie, che il Lirico Latino chiama palme celesti (8), delle quali in altro luogo cantò (9).

. . . . . E la nobile palma
Lo porta ai superi, che 'l Mondo reggono.

Merita di leggersi la maravigliosa descrizione di questi Spettacoli fatta da Sofocle (10).

Il seguente dì essendo apparso il Sole
E dovendosi far nuovo contrasto
Di carri, e di destrier possenti, e presti
Con molti altri egli ancor si fece avanti
Uno d' Achaia, un' altro era di Sparta,
D' Affrica due molto in quest' arte instrutti.
Il Quinto era egli, e sotto il giogo avea
Congiunte due Cavalle di Tessaglia.
D' Etolia il sesto avea i Cavalli falbi.
Di Magnesia era il settimo, e l' ottavo
Leucippo d' Enia co' Destrier leardi.
Il nono fu della Città d' Atene
Fabbricata per man degl' alti Dei:
Di Beozia era il decimo, & estremo.
Costor dipoi che fur disposti al loco,
Che fu a ciascun di lor cavato a sorte,
Al primo suon della maestra tromba
Fischiar con l' una man fecer le sferze,
E con l' altra le redini scotendo
Alzar le voci, e le minaccie al cielo,
E i veloci Destrier misero in corso.
Allor il campo fu tutto ripieno
Del gran rumor che adhor adhor usciva
De' carri, che s' urtavano tra loro:
E l' aria tutta oscura era, & ingombra
D' un alta polve, che volava al cielo.
Ma i giovani tra lor confusi, e misti
Tutti in un gruppo per passare avanti
Non risparmavan le sferzate mai:
E 'l tenace sudor, l' ansar frequente,
E le schiume ch' uscian di bocca, aveano
Le rote, e i dorsi de' Cavalli istessi:
Da basso ad alto fatti umili, e lordi.
In sì gran mischia, in tal tumulto Oreste,
Quando il carro spingea presso alla meta,
Al sinistro Destrier traea la briglia
E l' allentava al destro, acciocchè fuori
Correndo l' un l' altro stringesse il corso,
E da vicin quasi radendo il segno
Col ristretto girar campo avanzasse.
Rimaser dritti tutti i carri, e senza
Offesa avean finito il sesto giro;
Ma nel settimo poi mentre voleva
Leucippo intorno al segno omai dar volta,
Co' denti i suoi Destrier presero i freni,
Steser le teste, & ostinati, e folli
Trasportando il Padron, che non poteo
Mai più piegarli in questa parte, o in quella,
Andarono a scontrar fronte per fronte
I Destrier d' un de' giovani Affricani,
E i percossi Destrier tutti in un gruppo
Co' carri, e co' Signori andar riversi.
E tosto d' un gran mal nacque un maggiore:
Che quei ch' ad ambedue venivan dopo,
Non potendo tener le briglie a tempo,
Venner sovra i riversi a far intoppo,

E se

(8) Horat. lib. 4. Od. 2. v. 17.
(9) L. 1. Ode 1. v. 5.
(10) Sofocle nell' Elettra p. 699.

Ex hoc malo deinde alius in alium
Impingere ac irruere coepit: totus vero implebatur
Criſſaeus campus equeſtribus naufragiis.
Quod animadvertens Atticus acer auriga
Extra declinat, frena inhibens, ſinitque praetervehi
Procellam equeſtrem, confuſam in medio.
Oreſtes vero poſtremus erat, ultimoque loco
Tenebat equos, in fine ſe victurum ſperans,
Qui cum videret Atticum ſolum relictum,
Strepitu flagrorum inſonuit circa aures velocium
Equorum, illumque perſequitur, & ambo aequatis jugis
Ferebantur, nunc hic, nunc iſte,
Frontibus equorum praecurrens.
Et reliquum quidem totum curſum tuto
Confecerat infelix Oreſtes, ſtans erecto in curru,
Donec tandem dum laxat ſiniſtrum lorum,
Equo flectente ſe, imprudens in extremam columnam
Impingit, & affligit medios rotarum modiolos:
Ita curru delapſus humi volvitur
Una cum ſectilibus loris, illo vero in terram deiecto
Equi medio in curſu diſſipati ſunt.
Et multitudo, ut adoleſcentem prolapſum vidit
Ex curru deplorare ipſum coepit,
Quod tantis rebus effectis ita infoeliciter concidiſſet:
Ipſe vero raptatus per terram, interdum ad coelum
Crura extendebat, donec ipſum caeteri aurigae
Aegre cohibito equorum curſu,
Soluerunt cruentatum, ut a nemine
Amicorum amplius miſerum corpus agnoſci poſſet.
Talia haec ſunt, quae affero, relatu quidem
Triſtia, nobis vero qui vidimus
Viſa atrociſſima mala ex omnibus, quae unquam vidimus.

CA-

E se n' andar con gran ruina a terra,
E fu ripieno in un momento il suolo
Di rote, e d' assi, e di frammenti strani,
Ch' erano usciti dal crudel naufragio.
Questo veggendo il giovane d' Atene,
A man destra piegò le briglie tosto,
E scansando la rea fortuna, e 'l monte
Delle ruine altrui confuse, e miste,
Stese il suo carro per lo campo aperto.
Venia di tutti gli altri ultimo Oreste:
Non che di poco pregio avesse, o lente
Le Tessale giumente unite al giogo:
Anzi van tali, e di sì salda lena,
Che non senza ragion sperava alfine
Di doverne portar tutta la palma.
Questi dipoi ch' a contrastar rimaso
Si vidde solo l' Ateniese auriga;
Menò la sferza una, e due volte in giro,
E quella fece scoppiar all' orecchie
Delle giumente, che focose, e snelle
Preser la fuga, e s' avanzaron tanto,
Quoniam Celeberrimi Antiquitatis Pictores, atque Sculptores magnam sibi famam in effigendis Animalibus, Avibus, & Monstris fabulosis, (ut apud Iunium de Pictura ec. videre est) sibi pepererunt; hinc fortasse factum est, ut Pharnax etiam, Equum Marinum scalpendo sibi nominis immortalitatem comparare voluerit. Pauca quidem in hujus explicatione gemmae iis addere possumus, quae habet Clar. Stosch, qui primus eam publici juris fecit. Ait enim (1): Gemmam hanc insculptam a Pharnace literae ostendunt, summo profecto artifice, licet nobis ignotum sit, quo tempore claruerit. Equum exhibet Marinum, elato generosoque capite, anteriori corporis parte prorsus equina, altera pars in piscem desinit flexuosa ac squammosa cauda. Monstrosum hoc animal aequa protulit Poetarum, Pictorum quaelibet audendi potestas, & Diis Marinis plures id genus equos tribuit, quorum opera ad currus uterentur, vel iis insiderent; quin etiam alae additae in nummo Graeco Pisauriorum apud Harduinum (2). Graeci hos equos hippocampos dixere, sic appellatos, ut inquit Nonius, vetus Grammaticus, *a flexu caudarum, quae piscosae sunt*, (3) quod nomen etiam Latini usurparunt. Plinius (4) enim, dum recenset Scopae, insignis Scalptoris, opera; *In maxima dignatione* (ait) *Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse, & Thetis, atque Achilles, Nereides supra Delphines, & Hippocampos sedentes*, Nonius quoque idem, ab Harduino in notis ad locum Plinii relatus, & inde ab Oleario in Philostratum (5) ex Naevii Aegisto haec allegat. *Sirenes citis Delphino junctis vehiculis hippocampisque asperis*; Philostratus in imaginibus, loquens de equis Marinis, Neptuni currum trahentibus, in tabula pictis scribit (6). *In hac tabula vero equis Marinis junctus est currus ungulis in aquae superficie fluctuare valentibus, ad natandum compositis*: quae interpetratio non plane satisfacit; paucioribus enim verti poterat, ac fere disertim: *Hic vero equi Marini ad currum juncti aquaticis ungulis, natatiles & caesii*. Idemque auctor in Heroicis Peleum describens ex Pelio Monte Thetidem, quae ad eum adventabat, inspicientem, eam repraesentat ludentem, ac inequitantem (7) *Delphinis, & Equis Marinis*. In templo quoque Dotonis Nereidis in Gabalis, ut auctor est Pausanias (8), praeter Neptunum, & Castorem inculptus erat *Equus, cujus, quae sunt infra pectus partes, ceti figuram praeferunt.*

Vixisse Pharnacem eo tempore, quo pulchrae artes in Graecia florebant; haud absurde conjici potest: Graecum vero fuisse, nomen ipsum satis indicat. Opus ejus inter pulcherrima censendum est, ut idem Stosch animadvertit: Literae autem nomen ejus exprimentes operis perfectioni facile respondent. Peritissimus tamen Ioan. Pikler ait hanc gemmam modum Graecum Etruscum habere.

Habemus numisma cum capite Gallieni (9), *in aversa parte Equus Marinus (Neptuni symbolum) cum inscriptione*: Neptuno Conf. Aug. *percussum, quando Scythae, & Gothi navali bello superati sunt* (10).

Memoriam subit meam, Cl. virum Thomam Hollis ad me scripsisse sibi esse pastam (ita enim vocant) antiquam Artificis Pharnacis nomine insignitam.

THE-

(1) *Stosch. Gem. p.* 70.

(2) *Nummi Antiqui Ill. Oper p.* 138.

(3) Quales spectare licet in nummorum, maritimis urbibus, cusorum, parte adversa & in Denariis Atratinorum gentis Semproniae apud Vaillantium &c.

(4) *Lib.* 36 *cap.* 5.

(5) *Pag.* 729.

(6) *Lib.* 1. *in Neptuno vel Amimone pag.* 774. Ἐνταῦθα δὲ ἱπποκάμποι τὸ ἅρμα ἐφύδροι τὰς ὁπλὰς καὶ νευστικοὶ καὶ γλαυκοί.

(7) *Cap.* 19. *pag.* 729.

(8) *In Corinthiacis lib.* 2. *cap.* 1.

(9) *Mediobarbi Numism. Imp p.* 376.

(10) *Trebell. Poll. in Gall. vol.* 2. *pag.* 221.

XCIII.

CAVALLO MARINO.

OPERA DI FARNACE,

Incisa in Corniola.

FU DEL TESORO FARNESIANO DI PARMA, ORA DEL RE DELLE DUE SICILIE.

SIccome i più celebri Pittori, e Scultori dell' Antichità s' acquistarono gran fama nel fare Animali, Uccelli, e Mostri favolosi, (come si può vedere in Giunio *de Pictura &c.*); facilmente ancora Farnace avrà voluto immortalarsi coll' incidere un Cavallo Marino. Poco certamente possiamo aggiungere alla spiegazione di questa gemma di quello del Chiar. Stosch, il quale fù il primo che la pubblicò, imperocchè dice (1). *Le lettere dimostrano questa gemma essere incisa da Farnace abilissimo Artefice, benchè noi ignoriamo il tempo, in cui sia fiorito. Ella rappresenta un Cavallo Marino colla testa alzata, e piena di vivacità, la parte anteriore del corpo è tutta di Cavallo, ma la parte posteriore è di Pesce con una coda tortuosa, e squammosa. Ai Pittori, ed ai Poeti è data ugualmente la facoltà di fingere qualunque hanno rappresentato questo animale mostruoso, e molti di questa sorte di Cavalli gl' hanno attribuiti agli Dei Marini, de' quali si servivano per tirare i loro carri, e sedervi sopra: anzi gl' hanno aggiunto ancora le ali, come in una Medaglia de' Pisauri riportata da Arduino* (2). *I Greci, come dice Nonio antico Grammatico, dissero questi Cavalli Ippocampi, così chiamati* dal piegar delle code, le quali sono simili a quelle de' pesci (3): *Il qual nome hanno ancora usurpato i Latini. Plinio* (4), *quando fa menzione delle opere del celebre Scultore Scopa, dice:* Ma in grandissimo pregio è nel tempio di Cn. Domizio nel Circo Flamminio l' istesso Nettunno, e Tetide, ed Achille, le Nereidi sedenti sopra i Delfini, e sopra gl' Ippocampi, cioè Cavalli Marini. *Ecco ciò, che dice il medesimo Nonio riportato da Arduino sopra questo luogo di Plinio e dipoi da Oleario sopra Filostrato,* (5) *allegando queste cose dall' Egisto di Nevio.* Le Sirene sono sopra dei cocchi velocemente portate dal Delfino, e dagli Ippocampi. *Filostrato nelle sue immagini parlando de' Cavalli Marini, che tiravano il Carro di Nettunno, e dipinti in una tavola dice* (6): Il Carro in questa pittura è unito a de' Cavalli Marini con ugna fatte per poter notare sopra la superficie dell' acqua. *Questa interpretazione certamente non soddisfà; Si potrebbe tradurre con meno parole, e più chiaramente.* I Cavalli Marini attaccati a un Carro con ugna aquatiche, proprie per notare, e di color azzurro. *Il medesimo autore, negli Eroici descrivendo Peleo, che riguardava Tetide, la quale veniva verso di lui dal Monte Pelio, la rappresentò, che scherzava* (7), *e cavalcava sopra dei* Delfini, e dei Cavalli Marini. *Nel tempio della Nereide Dotone, che era nella Città di Gabala, come riferisce Pausania* (8), *oltre Nettunno, e Castore, era scolpito* un Cavallo, le di cui parti dopo il petto avevano la figura di un grosso pesce.

Può non senza ragione congetturarsi, esser vissuto Farnace ne' tempi, nei quali le Belle Arti fiorivano nella Grecia, indicando bastantemente il suo nome essere stato di Nazione Greco. La di lui opera è della maggior bellezza, come osserva il medesimo Stosch. Le lettere esprimenti il di lui nome corrispondono alla perfezione del suo lavoro. Il peritissimo Gio. Pikler però dice, che questa gemma ha un poco della maniera detta Greco-Etrusca.

Abbiamo una Medaglia colla testa di Gallieno (9), nel di cui rovescio un Cavallo Marino (simbolo di Nettunno) coll' iscrizione *Neptuno Conf. Aug.* battuta, quando i Sciti, e i Goti furono vinti nella guerra Navale (10).

Mi sovviene, che il Chiar. Cav. Inglese Tommaso Hollis mi scrisse avere uua pasta antica col nome dell' artefice Farnace.

TE-

(1) Stosch Gem. p. 70.

(2) Nummi Antiqui Ill. Oper. p. 138.

(3) *Come si possono vedere nei rovesci delle Medaglie battute nelle Città Marittime, e nelle Medaglie degli Atratini della famiglia Sempronia presso Vaillant &c.*

(4) Lib. 36. cap. 5.

(5) Pag. 729.

(6) Lib. 1. in Neptuno vel Amimone pag. 774. Ἐντεῦθεν δὲ ἱπποκαμποι το αρμα εφυδροι τας οπλας και πυτικοι και γλαυκοι.

(7) Cap. 19. p. 729.

(8) Lib. 2. Corinth. cap. 1.

(9) Mediobarbi Numism. Imperat. p. 376.

(10) Trebell. Poll. in Gallieno vol. 2. p. 221.

XCIV.

THESEUS.

PHILEMONIS OPUS,

Sardonychi incisum.

EX THESAURO IMPER. CAR. VI. VINDOBONAE.

E*Quidem a plagii nomine ſemper abhorrui. Hinc fit, ut ſi quid ab iis deſcribam, qui ante me vetus aliquod monumentum illuſtrarunt, non modo minime diſſimulem, ſed ultro ipſe prae me feram. Hinc in explicatione huius gemmae iis utar, quae celeberrimus vir Emmanuel Martini ſcripſit Romam ad Clariſs: Praeſulem Leonem Strozzi, qui hac ipſa de re eumdem conſuluerat. Haec autem is habet* (1).

Extat in ea gemma praerupta cautes, ſive rupes exciſa, ſupra quam aedificium quoddam exſurgit quadrato lapide. Patet fornicatum oſtium, ex quo pendet monſtri cuiuſdam exanime corpus, cui caput taurinum, caetera homo. Stat in planicie juvenis quidam toroſo ac robuſto corpore clavae innixus, & ad monſtrum converſus, tanquam periculo maximo defunctus, immanem hoſtem a ſe interemptum mirabundus contempletur. Gemma eſt elegantiſſime inciſa a quodam *Philemone*, cuius eſt etiam opus caput Fauni apud M. Antonium Sabbatinum, virum antiquitatis callentiſſimum, ac ſubactiſſimi judicii. Haec eſt gemmae facies, in qua nullus ambigo artificem Minotauri caedem exprimere voluiſſe. Etſi enim in nummis (quos equidem viderim) ſemper Minotaurus cum corpore bubulo, facie tantum humana repraeſentetur; pictorum caelatorumque id induſtriae ac lenociniis aſcribendum eſt: quo natura illa bimembris in ſolo capite deprehendatur; quod ut plurimum a reliquo corpore amputatum in nummis conſpicitur. Nam cum vulgo id tantum jactaretur, monſtrum illud [illegible], arbitrati ſunt nihil referre membrorum ordinem, ſalva ancipiti illa naturae compage. Philemon autem in hac gemma Minotaurum nobis ſiſtere voluit ea ipſa forma, quam Mythologi prodiderunt: ſuperne nimirum taurum, inferne hominem. Teſtatur id Apollodorus lib. 3. pag. 286. Bibliothecae, hiſce verbis: *Haec demum* (de Paſiphae loquitur) *Aſterium cognomento Minotaurum peperit: taurino vultu, caetera virum fuiſſe, fertur.* Accinit Iulius Hyginus Fab. 40. *Is ei vaccam ligneam fecit, & vere vaccae corium induxit, in qua illa cum tauro concubuit: ex quo compreſſu Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana.* Iuvenis ille lacertoſus clava innixus, Theſeus eſt, cui

Inerant lacertis mollibus fortes tori,

ut Seneca Tragicus cecinit (2). Fuere enim illius arma, uti & Herculis, ferrata clava. Idem Apollodorus (3): *Primum quidem Periphetem Vulcani, & Anticliae filium, qui, quod clavam geſtaret, Coryneta dicebatur, ad Epidaurum occidit, qui cum imbecillis pedibus eſſet, ferrea clava munitus, viatores interficiebat: quam ex illo praereptam Theſeus ipſe ferre conſuevit.* Plutarchus in Theſeo (4). *Primum in Epidauria Periphetem, qui clava utebatur, ac propterea claviger cognominabatur, cum ab eo inhiberetur, progreſſuque arceretur, congreſſus obtruncavit, clavaque delectatus, teli loco eam in poſterum ſemper habuit, quo modo Leonis exuvium Hercules geſtavit; nam ut hic eo magnitudinem a ſe victae belluae indicavit: ita Theſeus a ſe ſuperatam clavam, ſecum vero invictam eſſe demoſtrabat.* Habes Theſea clava inſignitum, quo genere armorum delectati ſunt apprime veteres Heroes. Sic apud Homerum Areithous (5):

Sed ferrea clava rumpebat phalangas.

Aedificium rupi impoſitum Labyrinthus eſt, cuius inexplicabiles ambages, caecoſque maeandros cum artifex in tam exiguae gemmae anguſtiis exprimere non poſſet; ſolerti admodum conſilio e longinquo tantum illum oſtendit, heroi locando gemmae area relicta, ut artis in eo praeſtantia magis eluceſceret. Haec mihi in praeſentia occurrunt elegantiſſimae gemmae ſcalptura.

De

(1) *Emman. Martini Epiſt. lib.* 10. *vol.* 2. *pag.* 128.

(2) *Seneca Hippolit. v.* 650.

(3) *Apollod. lib.* 3. *in fine.*

(4) *Pag.* 5. *vol.* 1.

(5) *Homer. lib.* 7. *Iliad. v.* 141.

XCIV.

TESEO.

OPERA DI FILEMONE,

Incisa in una Sardonica.

DEL TESORO DELL' IMP. CARLO VI. A VIENNA.

HO aborrito sempre i Plagiari. Perciò se io descriverò qual cosa di quelli, che avanti di me hanno illustrato qualche antico monumento, non solo non lo dissimulerò, ma anzi lo dirò ben volentieri. Per la qual cosa nella spiegazione di questa gemma mi servirò de' lumi, che scrisse il celeberrimo letterato Emanuelle Martini a Roma al Chiar. Monsignor Leone Strozzi, il quale li aveva domandato il parere sopra questa gemma. Ecco come egli si spiegò (1).

Esiste in questa gemma una rupe scoscesa, sopra la quale s' inalza un certo edifizio di pietre quadrate. Si vede una porta, dalla quale esce fuori un corpo esanime di un certo Mostro, che ha il capo di toro, il restante di uomo. Stà in piedi nel piano un giovine di corporatura musculosa, e robusta appoggiato ad una clava, e rivoltato al mostro, come liberato da un grandissimo pericolo, maraviglioso lo contempla, avendo egli ucciso un sì formidabile nemico. La gemma è stata incisa elegantissimamente da un certo Filemone, *del quale ancora è un opera rappresentante una testa di Fauno presso M. Antonio Sabbatini Uomo pratichissimo dell' antichità, e di gran discernimento. Questa è la figura della gemma, nella quale niente dubito, che l' Artefice abbia voluto esprimere la morte del Minotauro. Benchè ancora nelle Medaglie (che io ho veduto) sempre è rappresentato il Minotauro, col corpo di bove, la faccia solamente di uomo; E' da ascriversi ciò all' industria, e agli ornamenti dei Pittori, ed Incisori di Gemme; dove quella natura bimembre si comprenda nella sola testa, come si vede spesso nelle Medaglie recisa dal restante del corpo. Imperocchè il volgo gloriandosi solamente di aver questo mostro due nature; hanno giudicato che niente avesse relazione l' ordine delle membra, salva quella dubbiosa unione della natura. Filemone in questa gemma ha voluto rappresentarci il Minotauro con quella istessa figura, che l' hanno descritto i Mitologi, cioè nella parte superiore un toro, nella inferiore un uomo. Conferma ciò Apollodoro lib. 3. p. 286. Biblioth. con queste parole.* Questa finalmente (*parla di Pasifae*) partorì Asterio, cognominato il Minotauro: Si dice, che avesse il volto di toro, il restante di uomo. *Giulio Igino Fav. 40. narra.* Questi a lei fece una vacca di legno, e la coperse con la pelle di una vera vacca, nella quale ella giacque col toro, dalla quale congiunzione nacque un Minotauro, colla testa di bove, e nella parte inferiore di uomo. *Quel giovine musculoso appoggiato alla clava è Teseo, a cui*

Le molli braccia eran robuste, e forti,

come cantò il Tragico Seneca (2). Le di lui armi furono come quelle di Ercole, una clava ferrata. Il medesimo Apollodoro (3): Il primo certamente, che portasse la clava, fu Perifete figlio di Vulcano, e di Anticlia, il quale perciò era chiamato Corineta, fu ucciso ad Epidauro; perchè essendo di piedi deboli, munito della clava di ferro, ammazzava tutti i viandanti. Teseo gli tolse la clava, che poi fu solito di portare. *Plutarco nella vita di Teseo* (4). Il primo nell' Epidauria, che facesse uso della clava, fu Perifete, e perciò era chiamato portator di clava; perchè avendo egli assaltato Teseo, si sforzava di non lasciarlo passare; perciò Teseo l'uccise, ed avendo avuto piacere dell' acquisto di questa clava, in avvenire la portò sempre in luogo di dardo, come Ercole la spoglia del Leone; imperocchè indicava la grandezza della belva da lui uccisa: così appunto Teseo dimostrava la clava, che egli aveva vinta, essere nelle sue mani invincibile. *Vedi Teseo munito della clava, del qual genere di armi principalmente si son dilettati gl' Antichi Eroi. Così Areitoo presso Omero (5):*

...... Ma con ferrea mazza
Isbaragliava le ferrate file.

L' edifizio posto sopra la rupe è il laberinto; l' Artefice non potendo esprimere in sì piccola gemma, le di lui giravolte inviluppate, e gli oscuri, e tortuosi giri, con somma avvedutezza lo dimostrò solamente in lontananza, avendo lasciato uno spazio per collocare nella gemma l' Eroe. Queste cose mi sono venute in mente per illustrare l' incisione di questa elegantissima Gemma.

Di

(1) Emman. Martini Epist. lib. 10. vol. 2. p. 128.
(2) Senec. Hippolyt. v 650.
(3) Apollod. lib. 3. in fine.
(4) Vol. 1. pag. 5.
(5) Omer. Iliad. lib. 7. v. 141.

De hoc percelebri artifice Philemone ita ad me scripsit jure sæpissime laudatus Ioa. Pikler: Haec gemma veterum Graecorum modum praesefert, magnificum sane, atqe praestantiorum inter eos temporum proprium, quibus pulcherrimae artes apud Graecos floruerunt. Caput Phauni ejusdem opificis facile est opus, quae tamen gemma cum aliis bene multis ex Museo Strozziano sublata fuit.

De hoc Minotauro ita narrat Plutarchus (6): Porro Minotaurum, ut Euripides habet, monstrosum foetum confusarum formarum, *tauri specie commixta scilicet, & viri*. At Philocorus scribit Cretenses inficiari hoc, ac affirmare labyrintum fuisse carcerem, in quo nihil esset mali, nisi quod effugere inde non liceret, *& taurum Minois ducem fuisse*.

Quamplurimi celebres Antiquarii allucinati sunt, Minotaurum cum corpore bubulo, facie tantum humana repraesentatum fuisse, affirmantes, (sicuti in plurimis Siciliae, & Magnae Graeciae numismatibus observatur (7) *) inter quos Antonius Agostini* (8), *Spanhemius* (9), *Gronovius* (10), *Eman. Martini* (11), *Havercampius* (12), *& Winkelmann* (13).

Nemo inter Antiquos Scriptores Minotaurum facie humana descripsit. Poetae confuse & absque distinctione. Ita Virgilius (14)

. . . . Mixtumque genus, prolesque biformis
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandae.

Et Ovidius (15):

Nec tua mactasset nodoso Stipite, Thesea,
Ardua parte virum, dextera parte bovem!

Et alibi (16):

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

Diodorus Siculus (17) *huius Minotauri figuram declarat, inquiens*. Geminam huic naturam tribuunt, ut membra corporis superiora ad humerum usque sunt Tauri, caeteraque hominis. *Sed distincte, & clarissime Hyginus* (18) *verba faciens de Pasiphae*: Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana. *Item Apollodorus* (19): Minotaurum peperit, taurino vultu, caetera virum fuisse, fertur. *Etiamque Palaephatus* (20): Et peperisse puerum, cui corpus quidem viri, caput vero bovis esset.

Clar. Winkelmann (21) *exhibet vas fictile, quod repraesentat Theseum Minotauro necem inferentem. Huic autem caput est Taurinum, caetera membra sunt humana; sic etiam in celeberrimis Picturis Herculaneis* (22).

Quamvis in monumentis Theseus, ut pulcherrimus juvenis, ac sine barba nobis appareat, aliter tamen a lepidissimo Luciano describitur (23): Sed tamen is quoque voluit sine calceis esse, & incedere nudus, & barbam, & comam alere ipsi placuit, & non ipsi solum, sed antiquis placuit omnibus.

Theseus profecto est, quem refert Celeb. Mariette Gem. 76. de pugna Herculis cum Acheloo, quia scilicet exprimitur vultu Taurino, cum caetera sint hominis membra.

FAU-

(6) *Oportet consulere in hanc rem Plutarchum in Thesei vita pag. 8. & seq. Palaephatum de Incredib. pag. 11. & seq.*

(7) *Vide Numismata Gelensium & Neapolitanorum, & plurium aliorum in Gesnerum Numismat. Populor. & Urb. Tab. XVII. & Tab. XLVII.*

(8) *Agostini Discorsi sopra le Medaglie in 4. Dialog. V. pag. 95.*

(9) *Spanhem. de Praest. & usu num. vol. 1. pag. 284. & 285.*

(10) *Gronovius Antiq. Graec. vol. 1. TT.*

(11) *Eman. Martini loc. cit.*

(12) *Havercampius in Thesauro Antiquit. Siciliae &c. vol. 6. Philippi Parutae Sicilia Numismatica pag. 563.*

(13) *Winkelmann Descript. pag. 327. num. 76.*

(14) *Virgil. lib. 6. Aen. v. 25.*

(15) *Ovid. Her. Epist. 10. Ariadn. Thes. v. 101.*

(16) *Ovid. Art. Amat. lib. 2. v. 24. Tzetz. Chil. p. 282. v. 489. inquit:* Minotaurum genuit, Bovhominem feram.

(17) *Diodor. Sic. lib. 4. pag. 320. Hallucinatus est in notis in hanc rem Clar. Wesselingius.*

(18) *Hygin. Fab. 40. p. 12.*

(19) *Apollod. lib. 3. p. 286.*

(20) *Palaeph. de incredib. p. 11.*

(21) *Monum. Ined. d' Ant. Tab. 100. p. 134.*

(22) *Vol. 1. Tab. V*

(23) *In Cynic. cap. 14. vol. 3. pag. 546.*

Di questo Celebre Artefice Filemone così mi scrive il sempre giustamente lodato Giovanni Pikler: Questa gemma ha una vera maniera Greca grandiosa certamente, e de' migliori tempi, nei quali fiorirono le Belle Arti nella Grecia. Facilmente è lavoro dell' istesso Artefice la testa di un Fauno, la quale però con molte altre fu rubata dal Museo Strozzi di Roma.

Di questo Minotauro così narra Plutarco (6). *Ma il Minotauro, come dice Euripide, è un mostruoso parto di figure confuse*: Specie mista di toro e di uomo. *Ma Filocoro scrive, che i Cretensi negavano ciò, ed affermavano essere stata una carcere il laberinto, nel quale niente vi era di male, se non che poi non si poteva fuggire, ed essere stato nominato Tauro il Duce di Minoe.*

Molti celebri Antiquari hanno sbagliato affermando, che fosse stato rappresentato il Minotauro col corpo di Bove, e solamente con la faccia di uomo, (conforme si osserva in molte Medaglie di Sicilia, e della Magna Grecia (7)), tra i quali Antonio Agostini (8), Spanemio (9), Gronovio (10), Eman. Martini (11), Avercampio (12), e Winkelmann (13).

Nessuno tra gli antichi scrittori ha descritto il Minotauro con faccia di Uomo. I Poeti confusamente, e senza precisione. Così Virgilio (14):

. . . . . . E 'l misto germe
Del Minotauro, e la biforme prole,
Di nefando furor memoria infame,

Ed Ovidio (15).

Ne la tua destra, o Teseo, avrebbe ucciso
Con la nodosa tua clava il Minotauro,
Mostro di bove e d' uom la doppia immago.

E in altro luogo (16):

Mostro biforme, nel cui mezzo al bove
L' uomo, ed all' uomo il bove era congiunto.

Diodoro Siculo (17) dimostra la figura di questo Minotauro, dicendo: *Attribuiscono a questo una duplice natura, che le membra superiori del corpo fino all' omero sono di toro, e il restante di uomo.* Ma distintamente, e chiarissimamente Igino (18) parlando di Pasifae. *Partorì il Minotauro colla testa di bove, e la parte inferiore di uomo.* Apollodoro (19) similmente: *Si dice, che partorì il Minotauro col volto di toro, il rimanente essere stato di uomo.* Ed ancora Palefato (20): *Ed aver partorito un fanciullo, il di cui corpo era di uomo, essendo però la testa di bove.*

Il Chiar. Winkelmann (21) riporta un vaso di terra cotta rappresentante Teseo, che uccide il Minotauro. Egli ha solamente la testa di Bove, il restante del corpo di uomo; Siccome ancora nelle celebri pitture di Ercolano (22).

Benchè sempre nei monumenti veggiamo Teseo, come un bellissimo giovine, e senza barba, altrimenti però è descritto dal graziosissimo Luciano (23). *Ma egli contuttociò volle essere senza scarpe, ed andar nudo, e li piacque avere la barba, e la chioma, ma non piacque a esso solamente, ma a tutti gli antichi.*

Certamente è un Teseo quello riportato dal celebre Mariette Gem. 76. del combattimento di Ercole con Acheloo, perchè è espresso con volto di Toro, e tutto il restante corpo umano.

TE-

(6) Bisogna su questo proposito consultare Plutarco nella vita di Teseo pag. 8. e seg. ed ancora Palefato de Incredibil. pag. 11. e seg. &c.

(7) Vedi le Medaglie di Gela, e de' Neapolitani, e molte altre in Gesnero Numism. Populor. & Urb. Tav. XVII. e Tav. XLVII.

(8) Agostini Discorsi sopra le Medaglie in 4. Dialog. V. p. 95.

(9) Spanem. de Prest. & usu num. vol. 1. pag. 284. e 285.

(10) Gronov. Antiq. Graec. vol. 1. TT.

(11) Eman. Martini loc. cit.

(12) Avercampio in Thesauro Antiquit. Siciliae &c. vol. 6. Philippi Parutae Sicilia Numismatica, pag. 563.

(13) Winkelmann Descript. pag. 327. num. 76.

(14) Virgil. lib. 6. Aen. v. 25.

(15) Ovid. Her. Epist. 10. Ariad. Thes. v. 101.

(16) Ovid. Art. Amat. lib. 2. v. 24. Tzetz. Chil. p. 282. v. 489. dice partorì il Minotauro fiera, mezzo uomo, e mezzo bove.

(17) Diod. Sic. lib. 4. p. 320. S' ingannò a questo proposito il Chiar. Wessenlingio.

(18) Igin. Fav. 40. pag. 12.

(19) Apollod. l. 3. pag. 286.

(20) Palefat. de incredib. pag. 11.

(21) Monum. Ined. d' Ant. Tav. 100. pag. 134.

(22) Vol. 1. Tav. V.

(23) Nel Cynic. cap. 14. vol. 3. p. 546.

XCV.

FAUNI CAPUT.

PHILEMONIS OPUS,

In Pafta (ut aiunt) antiqua.

EX MUSEO STROZZIANO ROMAE.

AB eodem artifice (*ut inquit Stofch* (1)) Fauni imago obfidiano vitro infculpta eft, rugofo vultu effictus eft, fimo nafo, acutis auribus, ore ridenti, circa collum obvoluta eft hinnuli pellis, ufitatum in Orgiis indumentum, unde Bacchus ipfe νεβριδοπεπλος dicitur in Graeco Carmine (2). Caput redimitum hedera eft, arbore eidem Numini dicata.

De Bacchi comitibus alibi fatis diximus. Ideo hic aliqua tantummodo de hedera dicamus, qua Fauni caput hoc redimitum apparet. Hedera procul dubio gratiffima fuit Baccho propter varias rationes, de quibus Ovidius (3).

Cur hedera haec cincta eft? hedera haec gratiffima Baccho,
Hoc quoque cur ita fit dicere, nulla mora eft,
Nifiades Nymphae, puerum quaerente noverca,
Hanc frondem cunis appofuere novis.

Sed Plutarchus (4): Bacchus porro non eo tantum nomine medicus eft habitus, quod vinum invenit medicamentum validiffimum, & fuaviffimum; fed quod hederam quoque, facultate fua vino maxime refiftentem, in honore habendam docuit, eaque Bacchantes (5) coronavit, ut minus a vino laederentur, hedera fuo frigore ebrietatem reftinguente (6). *Hedera cum vite est Bacchi coronamentum, teste Aur. Olympio Nemefiano* (7).

Te cano, quae gravidis ederata fronte corymbis
Vitea ferta plicas, qui comptos palmite Tigres
Ducis odoratis perfufus colla capillis,
Vera Iovis proles.

Bacchus, teste Plinio (8), *primus fuit, qui hedera coronaretur. Hic doctiffimus Scriptor de hac planta verba faciens* (9) *narrat*. Alexandrum vero ob raritatem, ita coronato exercitu, victorem ex India rediiffe, exemplo Liberi Patris, cujus Dei & nunc adornat thyrfos, galeafque etiam ac fcuta in Thraciae po-

(1) *Gem. pag.* 74.

(2) *Anthol. lib.* 1. *p.* 821.

(3) *Ovid. Faft. lib.* 3. *v.* 767.

(4) *Sympof. lib.* 3. *Quaeft.* 1. *p.* 171. *vol.* 3.

(5) *Sic etiam Nonnus Dionyfiacus lib.* 14. *v.* 340.

Baffaridum vero phalanges irruebant, aggregatarum vero,
Haec quidem vipereo caput cingebat vinculo,
Haec vero involvebat caput odorata hedera &c.

(6) *Fere idem ait Tertullianus de Corona Militis pag.* 751. *Vide Plutarchum lib.* 3. *Quaeft.* 2. *pag.* 173. De Natura Hederae, calida ne fit, an frigida.

(7) *Eclog.* 3. *v.* 18.

(8) *Plin. lib.* 16. *cap.* 4. *p.* 412. *Vide pereruditas in hunc locum Harduini notas. Claudianus de raptu Proferpinae lib.* 1. *v.* 16. *ait.*

Lenifque fimul procedit Iacchus
Crinali florens Hedera

Et Seneca in Oedip. Act. 2. *chor. v.* 413.

Te decet vernis comam floribus cingi,
Te caput Tyria cohibere mitra;
Ederave mollem baccifera
Religare frontem

Vide etiam Ovidium lib. 6. *Metam. v.* 600. *Orpheum in Hymnum Bacchi p.* 317. *& Phornutum de natur. Deor. cap.* 30. *p.* 210. *Et apud Athenaeum lib.* 14. *p.* 617. O triumphator hedera comam vincte. *In Thefauro Britannico vol.* 2. *p.* 129. *obfervatur numifma, in quo Bacchi caput hedera redimitum.*

(9) *Plin. lib.* 16. *cap.* 34.

XCV.

TESTA DI FAUNO.

OPERA DI FILEMONE,

In una Paſta Antica.

DEL MUSEO STROZZI DI ROMA.

D*Al medeſimo Artefice*, come dice Stoſch (1), *è ſtata inciſa in una paſta antica la teſta d' un Fauno col volto grinzoſo, naſo ſchiacciato, le orecchie puntute, la faccia ridente, ed una pelle di Mulo intorno al collo, veſtimento uſitato nelle Orgie, per la qualcoſa Bacco nell' Antologia* (2) *è chiamato νεβριδοπεπλος, che ſignifica veſtito con pelle di Mulo. La di lui teſta è coronata di Ellera, albero che era conſacrato al medeſimo nume.*

Noi abbiamo parlato abbaſtanza della comitiva di Bacco. Perciò diremo qualche coſa dell' Ellera, di cui è coronata queſta teſta di Fauno. L' Ellera fu ſicuramente gratiſſima a Bacco per varie ragioni, delle quali Ovidio (3):

E biſognava ch' ella foſſe cinta
D' Edera, perchè l' Edera a lui piace;
E queſto perchè ſia, toſto dirollo.
Dicono che le Ninfe, che nutriro
Bacco fanciullo, perchè la Matrigna
Non lo trovaſſe, qual per fargli male
Cercava pur d' averlo nelle mani:
Coperſero la culla delle frondi
Dell' Edera, e così il tennero occulto,
Ed ei perciò l' ha ſempre avuta cara.

Ma Plutarco (4): *Veramente Bacco non tanto perchè foſſe inventore del vino, medicina potentiſſima, e ſuaviſſima, fu ſtimato per medico eccellente, quanto perchè inſegnò aver l' ellera in grande ſtima a riguardo della ſua virtù, che era principalmente potente contro il vino, e con quella coronò le Baccanti* (5), *acciocchè meno foſſero offeſe dal vino, eſtinguendoſi l' ebrietà con l' Ellera, eſſendo di natura frigida* (6). L' Ellera con la vite era il coronamento di Bacco, come dice Aur. Olimpio Nemeſiano (7).

Io canto te, che i pampani di vite
Avvolgi in fronte, e bacche, e foglie d' Edera,
Che le Tigri di palma ornate guidi,
Dell' odoroſo crine aſperſo il collo,
Vero figlio di Giove.

Bacco, ſecondo Plinio (8), fù il primo, che foſſe coronato coll' Ellera. Queſto dottiſſimo Scrittore parlando di queſta pianta narra (9), *che Aleſſandro ritornando vittorioſo dall' Indie per la rarità dell' Ellera, volle, che foſſe coronato di queſta pianta il ſuo eſercito all' eſempio di Bacco, nei Sagrificj ſolenni di queſto Dio, al preſente ne' popoli della Tracia ſi adornano i Tirſi, e gli Elmi, ed* an-

(1) Gem. p. 74.

(2) Antholog. lib. 1. p. 821.

(3) Faſt. lib. 3. v. 767.

(4) Plut. Sympoſ. lib. 3. quaeſt. 1. p. 171. vol. 3.

(5) Così ancora Nonno Dioniſiaco lib. 14. v. 340.

Ma le falangi poi delle Baſſaridi
Scorrevano fra loro inſieme unite:
Queſta il capo cingea d' un viperino
Laccio, e queſt' altra poi nell' odoroſa
Edera, il proprio capo ravvolgeva.

(6) Quaſi l' iſteſſa coſa dice Tertulliano de Corona Militis pag. 751. Vedi Plutarco lib. 3. queſtione 2. p. 173. *Della natura dell' Ellera, ſe ſia calida, o frigida.*

(7) Eclog. 3. v. 18.

(8) Plin. lib. 16. c. 4. p. 412. Vedi ſopra queſto luogo l' eruditiſſime note di Arduino. Claudiano nel ratto di Proſerpina lib. 1. v. 16. dice:

Diſpenſator d' ogni delizia Bacco
D' Edera il crin adorno.

E Seneca nell' Edipo Atto 2. Cor. v. 413.

A te lice adornar la chioma
De' vaghi fiori del ridente Aprile,
A te dar legge al crine
Con la Tiria ghirlanda e 'l molle fronte
Stringer con l' Edra che di bacche è grave.

Vedi ancora Ovidio lib. 6. Metam. v. 600. e Orfeo nell' Inno di Bacco pag. 317. e Fornuto della natura degli Dei cap. 30. pag. 210. ed appreſſo Ateneo lib. 14. p. 617. *O Trionfatore ch' hai cinto la chioma di Ellera.* Nel Teſoro Britannico vol. 2. p. 129. ſi oſſerva una Medaglia, nella quale è la teſta di Bacco coronato di Ellera.

(9) Plin. lib. 16. cap. 34.

populis, in Solemnibus sacris. *Plutarchus haec docet* (10): Praeterea & hederam Graeci Baccho consecrant, & haec ab Aegyptiis dicitur nominari chenositis, quod significat plantam Osiridis.

Cur autem hedera Baccho dedicata fuerit, ostendit Athenaeus (11): Hac igitur medicina opitulante, eorum, qui nimium bibissent, caput revinciebant, hederacea praecipue corona. Ob hanc rationem illam Baccho dedicasse videtur.

Bacchus, teste Poliaeno, dux fuerat insignis, inquiens (12): Bacchus cum adversus Indos expeditionem faceret, ut eum civitates reciperent, perspicuis ac manifestis armis exercitum non armavit, sed vestimentis exilibus, & pellibus Cervinis; hastas autem hedera cinxit, summam cuspidem occupabat thyrsus, Cymbalis, & Tympanis pro tuba signum dabat. Et hostes vino inebrians ad saltationem impulit. Et quaecumque alia sunt Orgia Bacchi, omnia fuerunt ipsius stratagemata, quibus Indos, aliamque terram in suam potestatem redegit ec.

Quoniam de Fauno loquuti sumus, gemmam egregii opificii (*) *referamus ex museo Regis utriusque Siciliae, in qua Faunus exprimitur. Hic sedet supra saxum, ubi prope se tibiam habet depositam, pedumque pastorale. Tenet autem supra humeros sinistra quidem Bacchum puerulum, dextera vero pellem animalis, intra quam telluris fructus, cum inscriptione LAUR. MED. idest Laurentius Medices, qui Magnificus dictus est. Hic enim gemmae hujus possessor fuit, quemadmodum & aliarum plurium valde singularium, quae ab uxore Margarita Alexandri Medicei Florentiae Ducis Parmam translatae sunt, atque inde Neapolim transierunt. Equidem nunquam me legisse memini apud scriptores antiquos Bacchum ad Nymphas educandum tulisse. Mercurius enim hoc munus praestitisse dicitur, ut apparet etiam in gemma* (13), *quae Deum hunc exhibet ambulantem, atque intra brachia tenentem Bacchum puerulum, quod & Luciano consonat* (14), *ita Mercurium loquentem inducenti.* In Nysam ablatum tradidi Nymphis educandum, imposito Dionysii nomine. *Apollodorus* (15) *similiter dicit*. Iuppiter Dionysium gignit, eumque Mercurio tradit. Hunc ille ad Inonem, & Athamantam affert, atque, ut puellum educarent, suadet. *Postquam autem loquutus est de Junonis odio, subdit*. Hinc Mercurium sumptum puerum ad Nymphas, quae tum Nysam Asiae Urbem incolebant, transportavit. *Nunc videamus, quae fuerint hae Nymphae Bacchi nutrices. Homerus* (16) *de Nymphis Bacchi nutricibus generatim loquitur, nec earum exprimit nomina. Orpheus varias refert opiniones in hymno, cui titulus* Mises (17). *Ait enim, Isidem ejus fuisse matrem, ipsumque in Ægypto educatum*,

Cum te matre Dea nigrum ferente Iside veneranda
Ægypti apud undam cum ancillis nutricibus,

In Hymno Hippae (18), *hanc ait fuisse Bacchi nutricem*,

Hippam voco Bacchi, nutricem, placidam puellam,

In Hymno autem Nympharum (19) *Bacchum ab iis enutritum facit. In Hymno denique Leucotheae* (20) *hoc idem munus huic Deae assignat, ita canens*,

Leucotheam voco Cadmeida, daemonem venerandam,
Potentem, nutricem bene coronati Bacchi.

Ex iis, quae narrat Ovidius (21), *efficitur Bacchum ab Ino Nymphis educandum fuisse traditum. Ait enim.*

Fur-

(10) *Plut. de Iside & Osiride vol. 2. p. 150.*

(11) *Athen. lib. 15. pag. 675. Fere idem inquit Diodorus Siculus Bibl. lib. 1. p. 21.* Hederae autem inventionem Osiridi tribuunt, eamque huic Deo, quomodo Graeci Baccho, consecrant.

(12) *Poliaen. Stratagem. lib. 1. cap. 1.*

(*) *Tab. XVI. N. II.*

(13) *Fr. Mar. Dolce Descrizione Istorica del Museo Daben vol. 1. n. 33. pag. 49. Sicuti inquit Pausanias lib. 5. cap. 17.* E marmore Mercurius infantem Bacchum portans, Praxitelis opus. *Videtur Cajetae singulare vas antiquum eximiae Grecae Sculpturae, scilicet elaboratum a Salpione Atheniensi, in quo Mercurius exculptus est, qui puerulum Bacchum Nymphae tradit educandum. Ornatur circum agmine Bacchantium, atque Faunorum. Vide Montfaucon Antiq. vol. 1. tab. 142. & Spon Miscellan. Antiq. sect. 2. pag. 698. & Rei Antiq. Sel. pag. 601.*

(14) *Lucian. vol. 1. Dialog. Deor. IX. pag. 228.*

(15) *Apollod. Bibl. lib. 2. p. 288. vide etiam Diodorum Siculum lib. 4. pag. 248.*

(16) *Hom. Hymn. in Bacchum p. 561.*

(17) *Orph. Hymn. p. 337.*

(18) *L. cit. p. 345.*

(19) *L. cit. p. 347.*

(20) *L. cit. p. 383.*

(21) *Ovid. Metam. lib. 3. v. 313. Idem inquit Pausanias lib. 3. cap. 24. De Nymphis Bacchi nutricibus vide notas in lib. III. Metamorph. v. 313. pag. 197. vol. 2. curante Petro Burmanno.*

anche gli scudi. Plutarco c' insegna (10), *che i Greci consacrano l' Ellera a Bacco, che dagli Egiziani è nominata Chenosite, la qual parola significa pianta di Osiride*.

Perchè l' Ellera sia stata dedicata a Bacco lo dimostra Ateneo (11). *Si servivano di questa medicina quelli, che avevano soverchiamente bevuto, si cingevano il capo particolarmente con una corona di Ellera; per questa ragione si vede esser stato a Bacco consacrata*.

Bacco secondo Polieno era un celebre Capitano, dicendo (12): *Bacco facendo la spedizione contro gl' Indi, acciocchè le Città lo ricevessero, non armò il suo esercito con armi illustri e note; ma con piccole vestimenta, e pelle di Cervio, ma cinse le aste con Ellera, nella cima delle quali era il Tirso, e dava il segno con i Cembali, e Timpani, invece di trombe: Ed inebriando i nemici col vino gl' incitava al ballo. E qualunque altre sono le Orgie di Bacco, tutti furono i di lui strattagemmi, con i quali ridusse in suo potere gl' Indi, e altre Terre*.

Giacchè noi abbiamo parlato del Fauno, noi riporteremo una gemma (*) di eccellente lavoro del Rè delle due Sicilie, nella quale è espresso un Fauno sedente sopra un sasso, ove accanto ha deposto la tibia, ed il pedo pastorale, tenendo sopra le spalle colla sinistra mano il bambinello Bacco, e colla destra una pelle di animale, entrovi delle frutta, coll' iscrizione LAUR. MED., cioè Lorenzo de Medici detto il Magnifico. Questi fu il possessore di questa gemma, siccome di molte altre, e molto singolari, le quali furono trasportate a Parma dalla Margherita Moglie di Alessandro Medici Duca di Firenze, e dipoi son passate a Napoli. Non mi sovviene di aver letto negli antichi scrittori, che i Fauni portassero Bacco ad educare alle Ninfe: ma bensì dicesi, che Mercurio facesse quest' officio, come si vede in una gemma (13), la quale rappresenta questo Nume in atto di camminare tenendo il fanciulletto Bacco nelle braccia, come attesta Luciano (14), inducendo a parlare così Mercurio. *Preso in Nisa Bacco, lo consegnai ad educare alle Ninfe, postoli il nome di Dionisio*. Apollodoro similmente dice (15), *Giove generò Dionisio, e lo consegnò a Mercurio. Egli poi lo portò ad Inone ed Atamanta, persuadendo loro ad educare questo fanciulletto*. E dopo aver parlato dell' odio di Giunone, soggiunge. *Perciò Mercurio preso il fanciullo, lo portò alle Ninfe, le quali abitavano in Nisa, città dell' Asia*. Ora veggiamo quali furono queste Ninfe nutrici di Bacco. Omero (16) parla generalmente delle nutrici di Bacco, senza esprimerne i loro nomi. Orfeo riferisce varie opinioni nell' Inno intitolato *Mise* (17) *dicendo, che Iside fu la madre, e che fu educato nell' Egitto*.

Colla tua Madre Dea vestita a bruno
Iside veneranda, appresso l' onda
D' Egitto, coll' ancelle nudritrici.

Nell' Inno intitolato Ippa (18) dice, che questa fosse la nutrice di Bacco,

Ippa io chiamo di Bacco Nutrice

Nell' Inno poi delle Ninfe (19) si vede, che fu da loro nutrito. Finalmente nell' Inno di Leucotea (20) s' assegna l' istesso officio a questa Dea, così cantando.

Leucotea di Cadmo io chiamo,
Dea veneranda, possente, Nudrice
Del bene incoronato Dionisio.

Da quello che ci narra Ovidio (21) si comprende, che Ino lo consegnò alle Ninfe ad educare; Imperocchè dice:

Pria

(10) Plut. de Isid. ed Osir. vol. 2. pag. 150.

(11) Athen. lib. 15. p. 675. Quasi l' istessa cosa dice Diodoro Siculo Bibl. lib. 1. p. 21. *Attribuiscono l' invenzione dell' Ellera ad Osiride, e la consacrano a questo Dio, come i Greci a Bacco*.

(12) Pol. stratagemmi lib. 1. cap. 1.

(*) Tav. XVI. N. II.

(13) Fr. M. Dolce Descrizione Istorica del Museo Dahen vol. 1. n. 33. p. 49. siccome dice Pausania lib. 5. cap. 17. *Mercurio di marmo portando il fanciulletto Bacco, Opera di Prassitele*. Si vede a Gaeta un vaso antico singolare di eccellente scultura Greca fatto da Salpione Ateniese, nel quale è scolpito Mercurio, che consegna il fanciulletto Bacco ad educare ad una Ninfa. E' ornato attorno dalla comitiva delle Baccanti, e de' Fauni. Vedi Montfaucon Antiq. vol. 1. tav. 142. e Spon *Miscell. sect.* 2. pag. 698. e *Rei Antiq. Sel.* p. 601.

(14) Luc. vol. 1. Dialog. Deor. IX. pag. 228.

(15) Apollod. Bibl. lib. 2. p. 288. Vedi ancora Diodoro Siculo lib. 4. p. 248.

(16) Omero nell' Inno di Bacco p. 561.

(17) Orph. Hymn. p. 337.

(18) L. cit. p. 345.

(19) L. cit. p. 347.

(20) L. cit. p. 383.

(21) Ovid. Metam. lib. 3. v. 313. L' istesso dice Pausania lib. 3. cap. 24. Delle Ninfe Nutrici di Bacco vedi le note nel lib. 3. Metamor. v. 313. pag. 197. vol. 2. dell' Edizione di Pietro Burmanno.

Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat; inde datum Nymphae Nyſeides antris
Occuluere ſuis, lactiſque alimenta dedere.

Apollodorus Hyadas (22) nutricias facit. Nonnus autem Dionyſiacus uno quidem in loco (23) narrat Bacchum a Mercurio nutriendum fuiſſe traditum Nymphis filiabus Lami, alio autem in loco (24), latum a Mercurio fuiſſe dicit ad Rheam Iovis matrem. Oppianus meminit (25) trium Bacchi nutricum Ini, Autonoes, Agaves. Veroſimile est, eas exprimi in pulcherrimo Cameo Regis utriuſque Siciliae (**), in quo Nympha conſpicitur facie verſus tigrem converſa, quam non ſine timore intuetur, manu autem ſiniſtra tenet funem retro vestem eius tranſeuntem, quo ipſam ducit, dextera vero cornucopiam gerit. Super eam tigrem nudus puerulus Bacchus equitat (26), qui ob ejuſdem ferae aſpectum contremiſcere videtur. Alia vero Nympha parvum numen dextera ſustinet, & idem ad equitandam Tigrem edocet, ſiniſtra vero uvae racemum, quem idem puerulo videtur ostendere. Deinde arbor conſpicitur, quae videtur quercus, & post eam parva turris. Pone tertia Nympha est, quae ſuper quaedam abrupta ſedet, concham autem ſiniſtra manu videtur gestare. Ad pedes huius Nymphae vas est inverſum, e quo liquor effluit, iis haud abſimile, quae in manibus Bacchi, eiuſque comitum aſpiciuntur. Supervacaneum est, de uva loqui, ac de Tigride, cui Bacchus inſidet, cum eiuſdem Numinis haec notiſſima ſint attributa.

Hac occaſione aliam referemus gemmam (***), in qua viſitur fortaſſe Bacchus puerulus humi ſedens, cum facula prope ipſum, tribuſque Nymphis indutis. Sane indumentum ipſarum non valde Nymphis videtur convenire, praeſertim mediae, quae caput velatum habet. Praeterea videtur potius puerulus expoſitus, & una ex tribus Nymphis ad ipſum videtur loqui. Circum ſunt istae quatuor literae S C R D. quae fortaſſe Gemmæ Poſſeſſorem indicant. Mihi quidem eius gemmae explicatio difficultatis videtur pleniſſima; atque ideo eamdem eruditorum hominum arbitrio prorſus relinquendam puto.

DIO-

(22) *Apollod. Bibl. lib. 3. p. 288., & Ovidius lib. 5. Faſt. v. 165.*

(23) *Nonnus Dion. lib. 9. v. 27.*

(24) *Loc. cit. v. 137. & ſeq.*

(25) *Oppian. de venatione lib. 4. v. 235. Nomina Nutricum Bacchi in Diodoro Siculo Bibl. lib. 5. pag. 372. differunt, nempe ait, eſſe Philiam, Coronidem, & Cleidem.*

(**) *Tab. XVI. N. III.*

(26) *Vide Albricium in Bacchum pag. 174.*

(***) *Tab. XVII. N. I.*

Della Genitrice la ſorella Ino
Secretamente l' allevò la prima;
E l' allattar dipoi in occulto loco
Le Neſeidi Ninfe negli antri ſui.

Apollodoro (22) fa le Iiadi Nutrici di Bacco. Nonno poi Dioniſiaco narra in un luogo (23), che Mercurio portò Bacco a nutrire alle Ninfe figlie di Lamo; in altro luogo (24) dice, che foſſe portato da Mercurio a Rea madre di Giove. Oppiano (25) fa menzione di tre Nutrici di Bacco, Ino, Autonoe, Agave. E' veriſimile eſſer queſte eſpreſſe in un belliſſimo Cammeo (**) del Re delle due Sicilie, nel quale ſi vede una Ninfa, che ha voltata la faccia verſo una Tigre, riguardandola con timore, tiene colla ſiniſtra mano una fune (che paſſa dietro la di lei veſte), colla quale la guida, e nella deſtra porta un cornucopia. Sopra queſta Tigre cavalca il nudo bambinello Bacco (26), che par che tremi per l' aſpetto di queſto animale. Altra Ninfa ſoſtiene colla deſtra il piccol nume, ed inſegna al medeſimo a cavalcare la Tigre, e colla ſiniſtra tiene un grappolo di uva, che ſembra moſtrarlo al bambinello Bacco. Dipoi ſi vede un albero, che pare una quercia, dietro al quale è una piccola torre. Appreſſo è una terza Ninfa ſedente ſopra alcuni dirupi: pare che tenga nella ſiniſtra mano una conchiglia. Ai piedi di queſta Ninfa è un vaſo roveſciato verſante del liquore, ſimile a quelli, che ſi veggono nelle mani di Bacco, e dei ſuoi ſeguaci. E' ſuperfluo di parlare dell' Uva, e della Tigre, ſopra la quale cavalca Bacco, eſſendo notiſſimi gli attributi di queſta Deità.

Noi in queſta occaſione riporteremo un' altra gemma (***), nella quale forſe è Bacco fanciulletto ſedente in terra con una facella acceſa accanto, e tre Ninfe veſtite. Pare certamente, che la loro veſtitura non molto convenga alle Ninfe, particolarmente a quella di mezzo, che ha la teſta velata. Inoltre pare piuttoſto un fanciulletto eſpoſto, ed una di queſte tre Ninfe ſembra che li parli. Intorno vi ſono queſte quattro lettere SCRD. forſe indicanti il poſſeſſor della gemma. Mi pare molto difficile la ſpiegazione di queſta gemma; e perciò laſcio libero campo agli Eruditi d' interpretarla.

DIO-

(22) Apollod. Bibl. lib. 3. p. 288. e Ovidio lib. 5. Faſt. v. 165.

(23) Nonno Dion. lib. 9. v. 27.

(24) Loc. cit. v. 137. e ſeg.

(25) Oppiano della caccia lib. 4. v. 235. In Diodoro Siculo lib. 5. p. 372. differiſcono queſti nomi delle Nutrici di Bacco, perchè dice eſſer Filia, Coronide, e Cleide.

(**) Tav. XVI. N. III.

(26) Vedi Albricio ſopra Bacco p. 174.

(***) Tav. XVII. N. I.

CAPUT TAURI,

PHILEMONIS OPUS (*).

Multa quidem ad huius gemmae explicationem dici possent. Quidquid tamen dicatur, difficillimum semper erit artificis assequi mentem, qui pulcherrimum in ea Tauri caput expressit (1).

Duas de hoc animante pulcherrimas habemus descriptiones, alteram Moschi (2), *alteram Ovidii* (3). *Nobis quidem eius fortitudo notissima est, & intrepidum robur, quo saepius in spectaculis contra immanes, & fortes belluas pugnavit, de quo Martialis* (4). *Iulius Caesar primus fuit, qui hoc spectaculi genere Romanorum oculos alliceret* (5).

Taurus in hac gemma expressus fortasse fuit famosus aliquis Taurus, cuius imaginem possessor huius gemmae voluerit existere. Conjici etiam fortasse posset fuisse Marathonis Taurum, aut etiam Tauri sidus; nisi etiam artifex per caput Tauri exprimere voluerit Agriculturae symbolum. Ut enim Varro refert (6): Hic socius hominum in rustico opere, & Cereris minister. Ab hoc antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset. Qua in re testis Attice, testis Peloponnesos.

(*) *Hanc gemmam, etsi diligentiam omnem adhibuerim, nec ubi reperiatur, neque ubi existat, scire unquam potui.*

(1) *De Taurorum variis generibus vide Oppianum de venatione lib. 2. v. 95. & seq.*

(2) *Mosc. Idil. 2.*

(3) *Ovid. Metamorph. lib. 2. v. 852.*

(4) *Martial. lib. 1. spectacul. vide Aristotelem de Part. Animal. lib. 2. cap. 4. p.* 1123. ut Tauri, & Apri animosi, iracundi, furibundique sint.

(5) *Plin. lib. 8. cap. 45. pag.* 498. Primus id spectaculum dedit Romae Caesar dictator.

(6) *Varr. de re rust. l. 2. c. 5. p. 273. Vide notas in hanc rem, & Columellam l. 6. in Proem. p. 570. ubi haec dicit de Bove:* Quod deinde laboriosissimus adhuc hominis socius in agricultura, cuius tanta fuit apud antiquos veneratio, ut tam capitale esset bovem necasse, quam civem. *Eadem vigebat lex etiam apud Phryges, ut refert Aelianus Hist. Animal. vol. 2. l. 12. c. 34. p.* 702. Apud Phryges, si quis aratorem Bovem occidisset, morte mulctatur. *Vide Plin. vol. 3, l. 8. c. 45. p. 496. & notas.*

XCVI.

DIOMEDES PALLADIO POTITUS.

POLYCLETI OPUS,

Sardae incisum.

EX DACT. STOSCHIANA ECTYPIS OLIM ABB. PETRI ANDR. ANDREINI FLOR.

Facile conjici potest, celebrem Polycletum fuisse gemmarum quoque Scalptorem, quod & Clar. B. Stosch autumatus est, ita inquiens (1). Polycletum Sicionium, Ageladis discipulum, Olympiade 87. floruisse, auctor est Plinius (2), atque Statuaria arte adeo inclaruisse, ut signum fecerit, *quod Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam, solusque hominum artem ipse fecisse artis opere judicatur*: ideoque merito illum veteres Scriptores certatim laudibus extulere, quos congessit Franciscus Iunius (3), qui etiam eiusdem opera singulatim recenset, quae priscis illis ingenuarum artium cultoribus admirationi fuere: Nec tamen idem artifex, nominis celebritate notissimus, minutioribus hisce imaginibus, gemmis insculpendis, operam dare dedignatus est, imo etiam laudamus, *ob Lucernam, quam Persae fabricatus est*, ut ex Moschione refert Athaeneus (4). Diomedem itaque Sardae incidit Palladio potitum, eodem prorsus corporis statu, quo Dioscorides, Felix, & Solon, ut alibi diximus, aemulatione forsan artis effinxere.

Diomedes Dioscoridis eodem prorsus modo repraesentatur, ac Diomedes Polycleti, non autem eodem modo, quo scalptus est a Felice, & Solone, ut Stosch ipse scripsit. De Diomede raptore Palladii satis superque diximus aliis locis, tum Cneii, tum Dioscoridis gemmas illustrantes: Ideo ad eadem loca Lectorem nunc remittimus.

AMOR

(1) *Stosch Gem. p.* 76.

(2) *Lib. 34. cap.* 8.

(3) *In Catalogo Pictorum &c. p.* 167.

(4) *Athen. lib. 5. pag.* 206.

TESTA D' UN TORO,

OPERA DI FILEMONE (*).

MOlte cofe certamente potrebbero dirfi per la fpiegazione di quefta gemma. Ma qualunque cofa fi dica, farà fempre difficiliffimo entrare nella mente dell' artefice, il quale ha efpreffo una belliffima tefta di Toro (1).

Due belliffime defcrizioni abbiamo di quefto animale, una di Mofco (2), l' altra d' Ovidio (3). Noi ben fappiamo la di lui forza, e il fuo coraggio, che fpeffo ha combattuto negli fpettacoli contro le belve più grandi, e forti, delle quali ne parla Marziale (4). Giulio Cefare fu il primo, che allettaffe i Romani con quefta forte di fpettacoli (5).

Il Toro efpreffo in quefta gemma forfe fu qualche famofo Toro, di cui il poffeffore di quefta gemma n' avrà defiderato la di lui figura. Potrebbe ancora congetturarfi, che foffe il Toro di Maratona, o pur la coftellazione del Toro, fe non aveffe ancora voluto l' artefice efprimerci per la tefta del Toro il fimbolo dell' Agricoltura. Imperocchè al riferire di Varrone (6): *Il Bove nelle opere dell' Agricoltura era compagno degl' uomini, e miniftro di Cerere. Perciò gli antichi vollero così aftenerfi dall' ucciderlo, che decretarono pena di morte, fe alcuno l' aveffe uccifo. Della qual cofa è teftimone l' Attica, e il Peloponnefo.*

(*) Còn tutte le diligenze ufate, io non ho potuto trovare quefta gemma, nè fapere dove efifta.

(1) Delle varie forte di Tori vedi Oppiano della Caccia lib. 2. v. 95. e feg.

(2) Mofc. Idil. 2.

(3) Ovid. Metamorf. lib. 2. v. 852.

(4) Marziale lib. 1. dei fpettacoli. Vedi Ariftotile de Part. Animal. lib. 2. cap. 4. pag. 1123. *Dimodochè i Tori e i Cinghiali fono animofi, iracondi, e furiofi.*

(5) Plinio lib. 8. cap. 45. p. 498. *Giulio Cefare effendo Dittatore dette il primo quefto fpettacolo ai Romani,*

(6) Varr. de re ruft. l. 2. c. 5. p. 273. Vedi le note a quefto propofito, e Columella l. 6. in Proem. p. 570 il quale dice, che *il Bove era un animale fatigantiffimo, e compagno dell' uomo nell' agricoltura, e tanta fu la venerazione appreffo gli antichi, che vi era pena capitale tanto nell' uccidere un bove, che un cittadino.* Appreffo i Frigi ancora eravi l' ifteffa legge al riferire di Eliano Hift. Animal. vol. 2. lib. 12. c. 34. p. 702. *Appreffo i Frigi è punito di morte, chiunque aveffe uccifo un bove aratore.* Vedi Plinio vol. 3. l. 8. c. 45. p. 496. e le note.

XCVI.

DIOMEDE RAPITORE DEL PALLADIO

OPERA DI POLICLETO,

Incifa in una Corniola.

DALL' IMPRESS. DEL MUS. DI STOSCH, FU DELL' AB. PIETRO AND. ANDREINI FIOR.

FAcilmente fi può congetturare, che il celebre Policleto fia ftato ancora incifore di gemme, come affermò il chiar. Bar. Stofch, così efprimendofi (1). *Policleto di Sicione, difcepolo d' Agelade, al dir di Plinio* (2), *fiorì nell' Olimpiade* 87., *e talmente fi refe illuftre nell' arte Statuaria, ch' egli fece una Statua*, che gli artefici per eccellenza la chiamarono il Canone, cercando da quella i lineamenti dell' arte, come da legge regolare, e fi giudica che egli folo tra gli uomini faceffe la regola dell' arte Statuaria, coll' opera dell' arte: *Perciò gli Antichi Scrittori a gara lo ricolmarono di lodi, le quali raccolfe Francefco Giunio* (3), *il quale ancora annovera ciafcheduna delle fue opere, le quali furono ancora d' ammirazione agli antichi amatori delle Belle Arti. E contuttociò quefto artefice, il di cui nome era sì celebre, non fdegnò di attendere a incidere nelle gemme le più piccole figure*; *ancora lo lodiamo* per la Lucerna, che egli fece per Perfe, *come dice Mofchione al riferir d' Ateneo* (4). *Diomede adunque ha incifo in una Corniola Diomede rapitore del Palladio, nella medefima attitudine, che Diofcoride, Felice, e Solone l' hanno rappresentato, forfe a emulazione dell' arte.*

Nell' ifteffa maniera del tutto è efpreffo il Diomede di Diofcoride, come il Diomede di Policleto, non però nell' ifteffo modo, che fu incifo da Solone, e Felice, come fcriffe l' ifteffo Stofch. Noi abbiamo parlato baftantemente di Diomede rapitore del Palladio, illuftrando le gemme di Cneio, e di Diofcoride, perciò rimettiamo il Lettore alle dette fpiegazioni.

(1) Stofch. Gem. p. 76.

(2) Lib. 34. cap. 8.

(3) In Catalogo Pictorum p. 167.

(4) Athen. lib. 5. pag. 206.

XCVII.

AMOR LEONEM DOMANS.

PROTARCHI OPUS,

Ex Sardonyche anaglyphyce excalptum.

EX MUSEO LEOPOLDI M. D. ETRURIAE ARC. AUSTR.

D*E hac gemma Clar. B. Stoſch* (1) *ita loquitur*. Elegantiſſimum opus exhibemus ex Sardonyche excalptum, quod in theſauro M. Ducis Etruriae aſſervatur; artificis nomen, Plotarchi ſcilicet, gemmae legitur inſcriptum, Dorica nempe dialecto, ut obſervavit eques P. Alexander Maffeius, qui hanc eamdem gemmam delineatam vulgavit (2): Ex quadam lineamentorum ſimilitudine apparet, ſcalptorem hunc condiſcipulum fuiſſe Tryphonis (3), clari aeque viri, qui nuptias Amoris, & Pſyches expreſſit, quas infra tradimus, licet neſcio, quo fato, eorum nomina Scriptores praeterierint, quia forte, ut ait Plinius (4), *nec multo plurium fama eſt, quorumdam claritati in operibus eximiis obſtante numero artificum, quoniam, nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nuncupari poſſunt.*

Viſitur in gemma Amor puer alatus, lyram pulſans, rugenti Leoni inſidens, ad demoſtrandam Amoris vim, ac potentiam, quae feroces animos blanditiis emollit, ac vincit, veterem pictorem Pauſiam narrat Pauſanias Cupidinem pinxiſſe (5), qui *abiecto arcu & ſagittis, lyram pro illis ſumit:* Amorem Cytharaedum, antiquae gemmae inciſum, exhibuit etiam Pignorius (6), multiſque in Muſeis ſimiles reperiuntur, quas omnes antiquitus ab hoc Plotarchi opere poſterioris aevi artifices deſumpſiſſe videntur.

De hoc praeclaro artifice litteris ad me datis XII. Kal. Nov. An. 1755., *ita ſcripſit Antonius Cocchi vir bonarum artium, ac diſciplinarum omnium laude praeſtantiſſimus*. Tu quidem in opere tuo referes noſtrum pulcherrimum Cammeum Amoris lyram ſonantis ſupra Leonem, poteriſque corrigere inſcriptionem ΠΛΩΤΑΡΧΟΣ, quam exhibuere celebres Antiquarii contra fidem lapidis, & contra omnem Grammaticae rationem, & hiſtoriae. Vera enim inſcriptio eſt ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ.

Nulla eſt Divinitas, quae celebriorum Antiquitatis artificum ingenia ita exercuerit, ut potentiſſimus Deorum hominumque domitor Cupido. Neque enim ut ipſum variis modis effingerent, fervidae propriae imaginationi ſervierunt, ſed ut eorum, qui opera committebant, cupiditati obſecunderunt. Inter celebres pictores Zeuxis (7) *in templo Veneris Athenis pinxit Cupidinem formoſiſſimum, roſis coronatum*. Niccarchus (8) (*pinxit*) Venerem inter Gratias, & Cupidines. *Arceſilaus* (9) *fecit aligeros ludentes cum Leaena Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calcearent ſoccis. Cupidines etiam effinxerunt Lyſippus, Praxiteles, Myos, Alcamenes, Thymilus & Menodorus opus Praxitelis imitatus* (10).

Si quis dignoſcere cupiat, quot formis, ac cerebroſis inventis hoc idem Numen, habitum potentiſſimum omnium, a veteribus fuerit expreſſum, ubique conſulere poteſt inter Antiquitatis monumenta, quae extant, ſtatuas, anaglypha, gemmaſque innumerabiles, quae ipſius deſiderio plane ſatisfacient, cum nos in primo volumine (11) *plura de hoc argumento proſecuti ſimus, ubi gemmam illuſtravimus Alexandri, quae Amorem exhibet Leonis domitorem.*

Egregie Amoris vim, & potentiam deſcripſere Virgilius, & Oppianus. Ita cecinit Virgilius (12):

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres
In furias, ignemque ruunt: Amor omnibus idem.

Et

(1) *Stoſch Gem. p.* 74.
(2) *Maffei Gemme Tom.* 3. *n.* 12.
(3) *Profecto hic artifex celeberrimum Alexandri Macedonis ſaeculo vixiſſe conjectari poteſt.*
(4) *Plin. lib.* 36. *cap.* 5. *p.* 396.
(5) *Lib.* 2. *in Corinth. cap.* 27.
(6) *Aggiunte alle Immagini degli Dei del Cartari pag.* 317.
(7) *Vide Scholiaſt. Ariſtophanis in Anacharnenſes v.* 991. *& Suidam in verbo* Ἀνθέμων, *ita inquit*: Zeuxis Pictor in Veneris templo Amorem formoſiſſimum, & roſis coronatum pinxit.
(8) *Plin. lib.* 35. *cap.* 11.
(9) *Lib.* 36. *cap.* 5.
(10) *Vide hiſce de Artificibus Iunium de Pictura &c.*
(11) *Vol.* 1. *pag.* 46.
(12) *Virgil. Georg. lib.* 3. *v.* 242.

XCVII.

L' AMORE DOMANDO UN LEONE.

OPERA DI PROTARCO,

Scolpita in una Sardonica.

DEL MUSEO DI LEOPOLDO GRAN DUCA DI TOSCANA ARC. D' AUST.

IL chiar. Baron Stosch così parla di questa gemma (1). *Noi pubblichiamo una gemma Sardonica scolpita in un Cammeo, che conservasi nel Tesoro del Gran Duca di Toscana: si legge in essa il nome dell' Artefice Plotarco, in Dialetto Dorico, come osservò il Cav. P. Alessandro Masfei, il quale la diede il primo alla luce* (2). *Sembra da una certa rassomiglianza di lineamenti, che questo celebre artefice fosse condiscepolo di Trifone* (3), *il quale espresse le nozze di Amore e Psiche, che noi dopo riporteremo. Io non sò per qual fatalità gli Scrittori non fanno menzione di questi due artefici; forse, perchè come dice Plinio* (4), nè grande è la fama di molti, nuocendo il numero degli Artefici alla celebrità di certi nell' opere eccellenti, perchè nè un solo acquista la gloria, nè più parimente possono esser nominati.

Si vede nella gemma Amore fanciullo alato, sonando la lira, cavalcando un Leone, che ruggisce, per dimostrare la forza, e la possanza d' Amore, che con gli allettamenti ammollisce, e doma gli animi feroci. Narra Pausania (5), *che l' antico pittore Pausia aveva dipinto amore,* che gettato l' arco, e i dardi, tiene la lira. *Pignoria* (6) *ancora ha pubblicato una gemma antica, nella quale è inciso Amore suonando la lira. In molti Musei si trovano simili gemme, che pare, che gli artefici posteriori l' abbino presa da questa opera più antica di Protarco.*

Di questo sì insigne artefice mi scrisse in data dei 21. Ottobre 1755. una lettera il Dottore Antonio Cocchi nelle Belle Arti, e nelle Scienze letterato sublime. *Voi nella vostra opera riporterete il nostro bellissimo Cammeo dell' Amore, che suona la Lira sopra il Leone; Voi potreste correggere la lezione di* ΠΛΩΤΑΡΧΟΣ, *che ne han data i famosi Antiquari, contro la fede della pietra, e contro ogni ragione grammaticale, e di Storia. La vera Scrittura è* ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ.

Non ci è nessuna Divinità, la quale abbia esercitato tanto gl' ingegni de' più celebri artefici dell' Antichità, quanto il potentissimo Domatore degli Uomini, e degli Dei, Cupido. Imperocchè non lo rappresentarono in tante maniere per servire alla loro propria fervida immaginazione, ma per secondare il capriccio di coloro, che commettevano le opere. Tra questi celebri pittori Zeusi (7) dipinse in Atene nel Tempio di Venere un bellissimo Cupido coronato di rose. *Nicarco* (8) dipinse *Venere tralle Grazie, e gli Amori.* Arcesilao (9) fece gli Amori, che scherzavano con una Leonessa, alcuni dei quali la tenevano legata, altri la costringevano a bere in un corno, ed altri le calzavano i socchi. Fecero ancora dei Cupidi Lisippo, Prassitele, Mio, Alcamene, Timilo, e Menedoro, che imitò l'opere di Prassitele (10).

Se qualcuno bramasse di conoscere in quante forme, e capricciose invenzioni sia stato rappresentato dagli Antichi questo Nume il più potente di tutti, può esaminare tra i monumenti dell' Antichità, le Statue, i Bassirilievi, e le gemme innumerabili, e ne resterà appagato il di lui desiderio. Noi bastantemente abbiamo parlato nel primo volume (11) di questo argumento, quando abbiamo illustrato la gemma di Alessandro, la quale rappresenta Amore Domatore del Leone.

Egregiamente Virgilio, ed Oppiano descrissero la forza, e la possanza d' Amore. Così cantò Virgilio (12):

Senza dubbio ogni specie de' Viventi
Su questa terra, e gli Uomini, e le Fere,
I Pesci, il Gregge, ed i dipinti Augelli
Accogliendo nel sen furiose vampe
Ardon d' amore, ed è lo stesso in tutti,

Z 2 E Op-

(1) Stosch Gem. p. 74.
(2) Maffei Gemme Tom. 3. n. 12.
(3) Certamente si può congetturare, che questo famosissimo artefice sia vissuto nel secolo di Alessand. il Macedone.
(4) Plin. lib. 36. cap. 5. pag. 396.
(5) Lib. 2. Corint. cap. 27.
(6) Aggiunte alle Immagini degli Dei del Cartari p. 317.
(7) Vedi lo Scoliaste di Aristofane negli Acarnesi v. 991., e Suida alla parola Ανθεμων così dice. *Zeusi Pittore dipinse nel Tempio di Venere un Amore bellissimo coronato di Rose.*
(8) Plin. lib. 35. cap. 11.
(9) Plin. lib. 36. cap. 5.
(10) Di questi Artefici vedi Iunio de Pictura &c.
(11) Vol. 1. pag. 46.
(12) Virgil. Georg. lib. 3. v. 242.

Et Oppianus (13):

> Valide Amor, quantus es! quanta eſt tua infinita poteſtas!
> Quanta cogitas, quantum imperitas, quanta, Dive, ludis!

De hac gemma ait Clar. Gori (14)*:* Amoris Cytharoedi caput, quod omnia eius imperio ſubiiciantur, variis harmoniae modis temperentur, regio diademate revinctum eſt: quo etiam cultu eum ornatum deſcribit Anacreon, & Philoſtratus (15); Nam probe a me inſpecto huiuſce gemmae archetypo, capilli ab eodem diademate coerciti, & compreſſi manifeſte conſpiciuntur. Alas quoque, quamquam ſecurus, & quietus ſedeat, expanſas habet, ac volanti ſimiles. Lyra tetrachordos, quam utrimque levibus digitis percurrit, tamquam baſi inſiſtit in dorſo ſubiecti, ac domiti Leonis. *Argentarius poeta eleganti epigrammate* (16) *generoſiſſimam Belluam ab Amore domitam faberrime expreſſit, hiſce verſibus:*

> Qui video in gemma hac? Amor eſt. Auriga Leoni
> Inſidet, & frenis ora ſuperba regit.
> Dextera cervici flagra incutit, altera habenas.
> Dum regit, in puero gratia hubique nitet.
> Sed metuo immitem puerum. Mortalibus aegris
> Quid faciet, qui ſic corda ferina domat?

Numiſma profecto ſingulare a Geſnero relatum eſt (17)*, in quo caput Alexandri Macedonis, in averſa parte Cupido Leoni inſidet: non ſolum, ut inquit Lucianus* (18), Leonibus ipſis iam familiaris ſum, & ſaepe conſcenſis eorum tergis, prehenſaque juba tanquam habenis eos rego, *ſed quoniam* (*teſte Athenaeo* (19)), *eſt Deus amantium & fortium Virorum &c.*

Non ſolum Protarchus artifex Cupidinis potentiam in leonem animalium regem exprimere voluit, verum etiam quomodo Amor & cantum doceat, & ſaepe in nobis ſingulares quaſdam Mathempycoſes gignat. Huic rei explicandae nobis lucem afferet Plutarchus, qui in quaeſtionibus Conviv. l. 1. ſympoſ. q. 5. hanc movet quaeſtionem: Quomodo dictum ſit, muſicam quidem Amor docet, licet fueris prius rudis. Dictum ergo fuit, Amorem vim habere ad omnia audendum, & novas res tentandum impellendi; Quamobrem Plato eum nihil intentatum relinquere dixit. Nam & de taciturno loquacem, & de verecundo officioſum reddit, & de negligente induſtrium, de Socorde impigrum, & quod maxime videatur alicui mirum, tenax homo, & ſordibus in amorem incidens, tanquam ferrum in ignem emollitur, mitiorque fit, & facilior &c.

Valde tamen huc facit numiſmatis meminiſſe Fauſtinae Iunioris (20)*, quod a Nicaeae populis cuſum eſt, & ita ab Havercampio* (21) *deſcriptum.* Graecus Fauſtinae Iunioris nummus a parte capitis inſcriptus ΦΑΥΣΤΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ Fauſtina Auguſta. In altera parte ex ſubſcriptione ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Hercules videlicet nudus Leoni gradienti incumbens ſemi-reſupino corpore, clava eiuſdem laevo inſerta brachio, dextra adprehendit Cupidinem genu altero impoſitum, & cum eo blande ludit. *Mihi videtur hic nummus non aliud poſſe demonſtrare, quam Cupidinis potentiam ſupra Herculem monſtrorum domitorem.*

ALE-

(13) *Opp. Cyneget. lib. 2. v. 410.*

(14) *Muſ. Flor. vol. 2. pag. 6. Proculdubio caput Amoris, attente, & optime a me inſpectum, non eſt diademate revinctum, ut alii etiam obſervarunt.*

(15) *Anacreontem citat Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom. 5. Philoſtratum lib. 1. de Amore, Begerum in gemmas ex Theſauro Brandeburgico pag. 80.*

(16) *Antholog. lib. 1. cap. 27. n. 5.*

(17) *Geſner. Numiſm. Reg. Maced. Tab 4. num. 13.*

(18) *Lucian. in dialog. Veneris a Cupid. vol. 1. pag. 234.*

(19) *Athen. lib. 13. pag. 561.*

(20) *Geſner. Numiſm. Imp. Tab. 115. n. 20.*

(21) *Nummophylacium Reginae Chriſtinae Tab. 20. p. 113.*

E Oppiano (13):

> *Potente Amor, quanto sei grande, quanta*
> *La tua infinita possa! quante intendi*
> *Mai cose, in quante imperi, e in quante, o Nume,*
> *Scherzi!*

Di questa gemma, così si espresse il Chiar. Gori (14): *La Testa d' un Amore, che suona la Lira, perchè son sottoposte al di lui impero tutte le cose, e son moderate con varie sorte di armonia, ha coronata la testa di un Diadema Reale, il di cui ornamento è descritto da Filostrato, e da Anacreonte* (15). *Avendo bene riguardato l' originale di questa gemma si veggono chiaramente i capelli legati e stretti dal medesimo Diadema. Benchè sicuro, e tranquillo sieda, ha ancora le ali spiegate, e simili ad uno, che vola. La Lira di quattro corde, che posa come una base sopra il dorso del domato Leone, la suona con le dita da ambedue le mani.* Argentario Poeta in un elegante Epigramma ingegnosamente espresse la generosissima Belva domata da Amore, così cantando (16):

> *Qual nella gemma io miro? Egli è Cupido,*
> *Che sul Leone siede, e 'l guida, ed al suolo*
> *La superba fronte col morso incurva;*
> *La sferza al capo con la destra volge,*
> *L' altra con briglia a suo voler lo guida.*
> *E oh qual grazia nel pargoletto splende!*
> *Ma quei, che facil sì le fiere doma,*
> *Timor m' incute. All' uomo fral che fia?*

Una Medaglia molto singolare è riportata dal Gesnero (17), nella quale da una parte è la testa di Alessandro il Macedone, nel rovescio Cupido cavalca un Leone; non solo, come dice Luciano (18), *gl' istessi Leoni già mi sono familiari, e spesso li cavalco, e gli regolo presa la loro giuba, come per briglia*, ma perchè (secondo Ateneo (19)) è il Dio degli Amanti, e de' forti Eroi ec.

Non solo l' artefice Protarco ha voluto esprimere la potenza d' Amore sopra il Leone Rè degli animali, ma ancora come Amore insegna a cantare, e produce in noi spesso delle singolari Metemsicosi. Plutarco ci servirà di guida in questa spiegazione, il quale nelle Questioni Convivali L. 1. sympos. quaest. 5. fa una questione dicendo. *Perchè sia stato detto, che la Musica insegna Amor, benchè sia stato rozzo prima. Fu detto adunque, che Amore fa l' uomo ardito ad ogni impresa, e ci spinge a tentar cose nuove; Per la qualcosa Platone disse, che egli niente tralasciava da non tentare: Imperocchè di taciturno fa l' uomo loquace, e di verecondo officioso, di negligente industrioso, di pigro sollecito, e quello, che particolarmente a ciascuno parrà maraviglioso, che se un uomo avaro e sordido s' innamorerà, nella guisa, che il ferro diviene tenero e molle, e più trattabile, così diventerà l' avaro innamorato e affabile ec.*

Fa molto a proposito di far menzione di una Medaglia di Faustina Iuniore (20), battuta dai Popoli della Nicea, così descritta da Avercampio (21). *Medaglia Greca di Faustina Iuniore coll' iscrizione dalla parte della testa* ΦΑΤΣΤΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. *Faustina Augusta. Nel rovescio l' iscrizione* ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Si vede Ercole nudo stando col corpo mezzo sdraiato sopra un Leone, che cammina, colla clava nel braccio sinistro, colla destra prende Cupido posto sopra un ginocchio, e con quello piacevolmente scherza.* Mi pare che questa Medaglia non possa altro dimostrare, che la potenza d' Amore sopra Ercole domatore dei Mostri.

ALES-

(13) Oppiano della Caccia lib. 2. v. 410.

(14) Mus. Fiorent. vol. 2. p. 6. Senza dubbio la testa dell' Amore da me attentamente benissimo riguardata non è coronata di un Diadema Reale, come ancora altri osservarono.

(15) Clemente Alessandrino cita Anacreonte lib. 6. Strom. 5. Filostrato lib. 1. de Amore, Begero nelle gemme del Tesoro di Brandemburgo pag. 80.

(16) Antholog. lib. 1. cap. 27. n. 5.

(17) Gesner. Numism. Macedon. Tav. 4. n. 13.

(18) Lucian. dialog. Veneris & Cupid. vol. 1. p. 234.

(19) Athen. Lib. 13. pag. 561.

(20) Gesner. Numism. Imp. Tav. 115. n. 20.

(21) Nummophylacium Reginae Christinae Tab. 20. pag. 113.

XCVIII.

ALEXANDER MAGNUS.

PYRGOTELIS OPUS,

Ex Sardonyche anaglyphice excalptum.

IN THESAURO PRINC. LOTHARII FRANCISCI ELECTORIS MAGUNTINI.

DUo Cammea celeberrimo Scalptorum omnium Pyrgoteli attributa fuerant, quae nunc inter eruditos omnino constat, saeculo XVI., cum pulchrae renascerentur artes, recentioribus manibus fuisse elaborata, veterique illi tanti nominis artifici supposita, quod & senserunt Antonius & eius filius Ioannes Pikler, & etiam Alfani, quibus nimirum hominibus nemo magis excelluit in gemmis antiquis dignoscendis.

Quod attinet ad Cammeum, in quo Phocion repraesentari dicitur, cum nullum habeamus argumentum, quo potius hunc Heroem, quam alium esse opinemur, videtur tamen in dubium vocari non posse, quin opus fuerit Alexandri Cesari, *cognomento Graeci; ita enim narrat Vasari* (1): Quod omnibus antecelluit, caput fuit Phocionis Atheniensis: quippe opus est instar miraculi, ac pulcherrimum Cammeum, quod conspici possit.

Haec gemma primum publici juris facta est per Bellorium (2), *ac deinde inter gemmas memorata ab Equite Maffei* (3), *& ad extremum a B. Stosch* (4), *qui omnes Pyrgotelis eam esse opus autumarunt. Hoc quidem judicium trium illorum Antiquariorum non satis videtur dignum. Equidem pulchrum esse illud opus concedo, sed longe inferius opinione, quam de Pyrgotelis operibus antiqui Scriptores statuerunt.*

Winkelmann in prima editione historiae pulchrarum artium (5) *Phocionis caput in cammeo, credit antiquum, sed Phocionis, & Pyrgotelis nomina recentius apposita, sicuti in altera eiusdem historiae editione* (6), *evidenter demonstrat.*

Gemma, quae Alexandrum exprimit, credita est Pyrgotelis manu elaborata a B. Stosch (7). *Winkelmann non dubitat, quin opus antiquum sit, nomine tamen Pyrgotelis recentius adiecto* (8). Tous les Auteurs, qui ont parlé de ces Pierres, les reconnoissent unanimement pour un ouvrage de cet Artiste: Il y a même de la temerité à revoquer en doute l' antiquité de la premiere. *In altera editione* (9) *modestius loquitur, ubi tamen satis ostendit, se in eam vergere sententiam, ut opus idem vetus existimet. Quod tamen Lectores admiratione percellet in antiquitatis studio versatos, est eius opinio, Herculem in ipsa gemma, non Alexandrum exhiberi. Rationes, quibus Herculem putat esse, satis ingeniosae videri possunt; sed miserae omnino sunt, & Antiquario indignae, quibus inducitur ad negandum ipsum esse Alexandrum. Ait enim* (10). Addatur hoc caput tegi pelle Leonis, quod ornamenti genus omnino est inusitatum in capitibus Alexandri: *quum plurimi Magni Macedonis nummi* (11) *Leonis pelle contectum caput ipsius exhibent. Id etiam confirmatur auctoritate Constantini VII. Porphyrogeniti Imperatoris, qui ait* (12). Macedonum Reges

pro

(1) *Vasari Vite de' Pittori vol. 4. p. 260. Phocion editus est a Gori in gemmis Zannetti Tab. 3. pag. 5., qui tamen nullo modo similis est Phocioni a B. Stosch edito. Vide in hanc rem Mariette Traité vol. 1. p. 128.*

(2) *Bellori. Immagini &c. Tab. 85.*

(3) *Maffei vol. 1. p. 77.*

(4) *Stosch Gem. Tab. 56. Clar. Gori etiam hallucinatus est in Dactyliotheca Smithiana vol. 2. pag. 14. asserens Alexandrum, & Phocionem opera Pyrgotelis esse.*

(5) *Histoire de l' Art. vol. 2. p. 220. in 8.*

(6) *Storia delle Arti vol. 2. p. 198. in 4.*

(7) *Loc. cit. Tab. 55.*

(8) *Loc. cit. vol. 2. p. 219. in 8.*

(9) *Loc. cit. vol. 2. in 4. pag. 197.*

(10) *L. cit. vol. 2. in 4. p. 197.*

(11) *Vide Gesnerum Numismata Regum Macedoniae Tab. 3. 4. & 5.*

(12) *De Thematibus Imperii Them. 2. lib. 2. pag. 1454. vol. 6. in Operibus Meursii.*

XCVIII.

ALESSANDRO IL GRANDE.

OPERA DI PIRGOTELE,

Scolpita in Sardonica.

DEL TESORO DEL PRINCIPE LOTARIO FRANCESCO, ELETTOR DI MAGONZA.

DUe Cammei ſono ſtati attribuiti al celeberrimo tra gl' inciſori Pirgotele, ed è ormai noto agl' intendenti eſſer lavori fatti da Artefici del Secolo XVI. nel rinaſcimento delle Belle Arti, e poſtoli ſotto il nome di sì illuſtre Artefice, e furono di queſto ſentimento Antonio, ed il di lui figlio Gio. Pikler, ed ancora Alfani, i più periti nella intelligenza di conoſcere le gemme antiche.

Di quel Cammeo, che ſi dice rappreſentare Focione, non abbiamo neſſuno argomento per giudicare eſſer piuttoſto queſto Eroe, che un altro: pare però, che non ſi poſſa dubitare, eſſere ſtata opera di Aleſſandro *Ceſari*, cognominato il Greco; imperocchè così narra Vaſari (1): *Ma quello, che paſsò tutti, fù la teſta di Focione Ateniese, che è miracoloſa, e il più bel Cammeo che ſi poſſa vedere.*

Queſta gemma fu prima pubblicata da Bellori (2), e dipoi mentovata tralle gemme dal Cav. Maffei (3), e finalmente dal B. Stoſch (4), i quali tutti credettero eſſer lavoro di Pirgotele. Un tal giudizio certamente non par degno di queſti tre Antiquari. Io non nego, che non ſia un bel lavoro, ma di gran lunga inferiore all' opinione, che gli antichi Scrittori hanno ſtabilita dall' opere di Pirgotele.

Winkelmann nella prima edizione della Storia delle Belle Arti (5), credè antica la teſta del Cammeo di Focione, e i nomi di Focione, e di Pirgotele poſti più recentemente, ſiccome evidentemente lo dimoſtra nella ſeconda edizione della medeſima Storia (6).

La gemma rappreſentante Aleſſandro fu giudicata dal B. Stoſch (7) opera di Pirgotele. Winkelmann giudica con ſicurezza eſſere opera antica, col nome però aggiunto poſteriormente dicendo (8): *Tous les Auteurs, qui ont parlé de ces Pierres, les reconnoiſſent unanimement pour un ouvrage de cet Artiſte: Il y a même de la temerité à revoquer en doute l' antiquité de la premiere.* Nell' altra edizione (9) parla più modeſtamente, dove però baſtantemente dimoſtra eſſer del ſentimento, che l' opera ſia antica. Quello poi, che renderà ammirazione a tutti i dilettanti di Antichità, è la di lui opinione, che non ſia eſpreſſo in queſta gemma Aleſſandro, ma Ercole. Le ragioni, colle quali ſtima eſſere Ercole, poſſono ſembrare ingegnoſe; ma ſono del tutto compaſſionevoli, e non degne d' un Antiquario quelle, colle quali s' introduce a negare eſſer queſto Aleſſandro; imperocchè dice (10): *Aggiungaſi, che tale teſta è coperta da una pelle di Leone, ornamento affatto inſolito a quelle di Aleſſandro;* quando molte Medaglie del Gran Macedone (11) lo rappreſentano colla teſta coperta di pelle di Leone. Ciò è ancora confermato coll' autorità di Coſtantino VII. Porfirogenito, il quale dice (12): *Li Rè di Macedonia, invece della*

(1) Vaſari Vite de' Pittori vol. 4. pag. 260. Un Focione lo pubblicò ancora Gori nelle gemme di Zannetti Tav. 3. p. 5., il quale però non raſſomiglia a quel Focione pubblicato dal B. Stoſch. Vedi a queſto propoſito Mariette Traité &c. pag. 128. vol. 1.

(2) Bellori Immagini Tav. 85.

(3) Maffei Vol. 1. p. 77.

(4) Stoſch Gem. Tav. 56. S' ingannò ancora il chiar. Gori (Dactyliotheca Smithiana vol. 2. pag. 14.) aſſerendo eſſere l' Aleſſandro, ed il Focione opere di Pirgotele.

(5) Hiſtoire de l' Art. vol. 2. pag. 220. in 8.

(6) Storia delle Arti v. 2. p. 198. in 4. (7) Stoſch l. c. T. 55.

(8) Loc. cit. vol. 2. p. 219. in 8.

(9) L. c. v. 2. in 4. p. 197. (10) L. c. v. 2. in 4. p. 197.

(11) Vedi Geſnero Numiſmata Regum Macedoniae Tav. 3. 4. e 5.

(12) De Thematibus Imperii Them. 2. lib. 2. p. 1454. nell' Opere del Meurſio vol. 6.

pro taenia, & corona, & purpura regia, Leonini capitis exfuviis fe rediminunt, atque hoc geftamen coronam, & ornatum effe cenfent, eoque magis quam pretiofis lapidibus, & unionibus fe decorari putant, ac teftis hujus rei fide dignus eft nummus Alexandri Macedonis, ejufmodi figura infignitus.

Duas gemmas, etfi non antiquae fint, ideo produxi, ut nihil in hoc opere defidereretur eorum, quae Stofch in vulgus edidit.

Maximae luminofaeque virtutes in celeberrimo victorum Alexandro Magno enituerunt, quamvis ille aliquibus a vitiis non fuerit immunis, quae non mediocrem eius gloriae maculam inufferunt. Inter haec vitia vanitas fuit, de qua Iuvenalis (13):

Unus Pellaeo juveni non fufficit orbis,
Aeftuat infelix, angufto limite mundi.

Nihil de vitiis dicamus, (14), *ad fpecimen aliquod virtutum ipfius exhibendum properantes. Cum hic Princeps ea effet aetate, qua vix aliqua futurarum virtutum apparent indicia, Magnus Dux, Magnus Politicus, atque Philofophus, demum Magnus Rex, cunctis admirantibus, extitit. Satis notae funt eius res geftae, quibus bellica laus ei comparata eft. Duo fufficiat afferre. Alterum eft, quod Sacrae Litterae teftantur* (15). Et pertranfiit ufque ad fines terrae, & accepit fpolia multitudinis Gentium, & filuit in confpectu eius. *Hoc eft, ut explicat doctiffimus Calmet* (16), Tout lui obeit, tout ceda, tout plia fous fon autorité, & fous la force des ces armes. *Alterum eft, quod a fapientiffimo Plutarcho collatus eft cum primo totius orbis terrarum duce Iulio Caefare; Quin Hannibal celeberrimus Carthaginenfis non dubitavit ipfum caeteris omnibus anteferre* (17). *Etenim interrogatus a Pub. Scipione Africano*: Quem fuiffe maximum Imperatorem crederet; refpondit: Alexandrum Macedonum Regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudiffet: quodque ultimas oras, quas vifere fupra fpem humanam effet, peragraffet. *Idem doctiffimus Plutarchus invictis argumentis oftendit, quantus effet Alexander Politicus, quantufque Philofophus in tractatu* De Fortuna *Alexandri, qui totus legi mereretur. Equidem tantummodo dicam, hunc infignem Scriptorem ipfi Platoni illum anteponere. Ait enim* (18): Plato unicam Reipublicae formam fcripfit, neque cuiquam perfuafit, ut ea uteretur, quod erat auftera: Alexander amplius LXX. urbibus in Barbaris condidit Gentibus, diffeminatifque per Afiam Graecis inftitutis, a fera, & belluina vitae ratione hominem detraxit. Ac Platonis fane leges pauci legimus. Alexandri legibus multa hominum millia ufa funt, & utuntur: victique ab eo feliciores iis funt, qui ipfum fubterfugerunt, cum his nemo mifere vivendi finem impofuerit, illos victor coegerit feliciter vivere. *Id etiam probari poteft iis, quae fcriptor idem animadvertit* (19). Afia ab Alexandro pacata, Homerum paffim legebat, & Perfarum, Sufianorum, Gedriofurumque filii, Euripidis, ac Sophoclis cantabant tragoedias.

Infinitae fuerunt in Alexandro animi dotes, quae magnum Regem ipfum efficerent, ac demonftrarent. In juvene victore, qualis Alexander fuit, praecipue fpectanda eft continentia, qua ufus eft, cum Roxanes pulcherrimae captivae amore correptus effet (20). *Neque enim ea frui unquam aufus eft, nifi legitimo deinde matrimonio fibi conjuncta.*

Satis notum eft Alexandri fuiffe pulchrarum artium fcientiarumque faeculum, quibus impenfe favit, ita ut Apelli Campafpem, quamvis pulcherrimam, & a fe dilectam, concefferit, de qua hiftoria legendus eft Plinius, qui multa in eam fapienter adnotat (21): Namque cum dilecta fibi ex pel-

(13) *Iuvenal. Sat.* 10. *v.* 168. *Vide in hanc rem Val. Max. l.* 8. *c.* 14. *n.* 2.

(14) *Vide Chrift. Cellarii differtationem Q. Curtii editioni appofitam: De virtutibus, & vitiis Alexandri Magni.*

(15) *Lib.* 1. *Machab. cap.* 1. *v.* 3.

(16) *Commentaire fur la Bible vol.* 3. *pag.* 810.

(17) *Epitom. Livii lib.* 35. *p.* 286., *et Livius lib.* 35. *cap.* 14. *Vide in hanc rem Lucian. Dialog. XII. Mortuor. cap.* 7. *pag.* 388. *vol.* 1. *& Appianum Alexandrinum de Bello Syr. vol.* 1. *pag.* 149.

(18) *De Fortuna Alexandri Orat.* 1. *p.* 347. *vol.* 2.

(19) *Loc. cit.*

(20) *Arrianus Nicomed. De expeditione Alexandri lib.* 4.

(21) *Lib.* 35. *cap.* 10. *p.* 250.

della Fascia, della Corona, e Porpora Reale, si circondano la testa colla spoglia d' un Leone, e stimano di esser decorati più con questo ornamento, che se fossero coronati di pietre preziose, e di perle, ed è una autentica riprova di ciò la Medaglia d' Alessandro Macedone, rappresentante la di lui figura in questa guisa.

Io ho riprodotto di nuovo le due gemme, benchè non siano antiche, perchè non manchi niente alla mia opera di quello, che ha dato alla luce il B. Stosch.

Le più grandi, e luminose virtù risplenderono nel più famoso tra i conquistatori Alessandro il Grande, quantunque non fosse esente da alcuni vizi, i quali non poco oscurarono la sua gloria. Tra questi vizi, fu la vanità, della quale Giovenale disse (13):

Vuol più mondi Alessandro, e di cordoglio,
Perchè un sol ne possiede, ei s' ange, e suda.

Tralasceremo di parlare de' vizi (14), e daremo un saggio delle sue virtù. Questo Principe essendo di quella età, nella quale i talenti appena principiano a svilupparsi, riunì in se stesso tutte le qualità, che recarono a tutti ammirazione. Fu un gran Guerriero, un gran Politico, e Filosofo, e finalmente un gran Rè. Son bastantemente note le sue conquiste, per cui s' acquistò la lode di gran guerriero. Basterà riferirne due solamente. La prima dimostrata nei Sacri Libri (15): *E passò fino all' estremità della terra, e prese le spoglie di molte genti, e tutta la terra si tacque avanti a lui*, cioè, come spiega il dottissimo Calmet (16): *Tout lui obeit, tout plia sous son autorité, & sous la force de ces armes*. L' altra, che è stato dal sapientissimo Plutarco paragonato col primo guerriero del Mondo Giulio Cesare. Anzi il celeberrimo Annibale non dubitò d' anteporlo a tutti (17); Imperocchè interrogato da Pub. Scipione Affricano: *Quale ei credesse essere stato il più gran Capitano d' armata, rispose Annibale: Alessandro Re de' Macedoni, perchè con piccola Soldatesca aveva sconfitto innumerabili eserciti, ed era andato agli ultimi confini della terra, l' andar nei quali era sopra ogni umana speranza*. Il medesimo dottissimo Plutarco con argomenti incontrastabili dimostra, quanto fosse gran Politico, e gran Filosofo nel trattato *della Fortuna* di Alessandro, che meriterebbe d' esser letto tutto; dirò solamente, che questo insigne Scrittore l' antepone all' istesso Platone dicendo (18): *Platone una sola forma di Repubblica ei descrisse, nè si è trovato pur uno, che sia stato persuaso, e che abbia potuto servirsene, perchè era austera. Alessandro edificò più di settanta Città tra Barbare Genti, e sparse per l' Asia i costumi, e il modo di vivere dei Greci, e tolse via quella ferina maniera di vita. Pochi certamente leggiamo le Leggi di Platone. Molte migliaia d' Uomini però si sono serviti, e si servono delle Leggi di Alessandro. Più felici son quelli, che sono stati da lui vinti, di quelli che scamparono dal suo giogo; quando nessuno di questi pose mai il fine di vivere miseramente, e quelli il vincitore gli costrinse a vivere felicemente*. Ciò si può ancora provare da quello, che il medesimo Scrittore osservò (19): *Pacificata l' Asia da Alessandro si leggeva da pertutto Omero, e i Fanciulli di Persia, di Susi, e di Gedriosa cantavano le Tragedie di Euripide, e di Sofocle.*

Infinite furono le doti dell' animo in Alessandro, che lo dimostrarono un gran Rè. In un giovine conquistatore, come fù questo Principe, deve principalmente considerarsi la di lui continenza colla bellissima Rossane prigioniera, dal di cui amore fù colpito: Contuttociò fu continente fintanto che non la prese per sua legittima Sposa (20).

Già sappiamo, che il Secolo di Alessandro fu quello delle Belle Arti, e delle Scienze, le quali grandemente protesse, a segno tale, che cedè ad Apelle Campaspe, benchè bellissima, e sua diletta; ascoltiamo le parole di Plinio, e le sue belle riflessioni sopra questa istoria (21):

(13) Giovenale Sat. 10. v. 168. Vedi sopra di ciò Valerio Massimo lib. 8. cap. 14. num. 2.

(14) Vedi Christophori Cellarii dissertationem Q. Curtii editioni appositam, de Virtutibus & vitiis Alexandri Magni

(15) Lib. I. Machab. cap. 1. v. 3.

(16) Commentaire sur la Bible vol. 3. pag. 810.

(17) Epit. Livii lib. 35. p. 286., & Livius lib. 35. cap. 14. Vedi a questo proposito Luciano Dialogo XII. de Morti cap. 7. p. 388. vol. 1. ed Appiano Alessandrino de Bello Syr. vol. 1. p. 149.

(18) De Fortuna Alexandri Orat. 1. p. 347. vol. 2.

(19) Loc. cit.

(20) Arriano Nicom. de expeditione Alex. l. 4.

(21) Lib. 35. cap. 10. p. 250.

pellacis ſuis praecipue, nomine Campaſpem, nudam pingi ob admirationem formae ab Apelle juſſiſſet, eumque tum pari captum amore ſenſiſſet, dono eam dedit. Magnus animo, major imperio ſui, nec minor hoc facto, quam victoria aliqua. Quippe ſe vicit, nec torum tantum ſuum, ſed etiam affectum donavit artifici; Ne dilectae quidem reſpectu motus, ut quae modo Regis fuiſſet, modo pictoris eſſet. *Unde bene convenit in eum, quod Polyaenus ait* (22): Alexander operam dabat, ut omnes homines benevolentia ſuperaret.

Effectum patrocinii, quo pulchras artes ſcientiaſque is fovit, demonſtrat Plutarchus, ubi ait (23): Aetas Alexandri multas etiam artes, multa praeclara ingenia produceret, quamquam id fortaſſe non tam Alexandri fortunae imputandum, quam iſtorum felicitati adſcribendum eſt, eum ſuae praeſtantiae ſpectatorem teſtemque nactis, qui & optime judicare egregia opera, & liberaliſſime compenſare poſſet,.. Exiſtimo autem eos quoque, qui tum fuerunt, artifices primos, non tam aetate Alexandri, quam propter Alexandrum extitiſſe. Ut enim frugum copiam bona temperies, ac tenuitas aeris gignit; ita artium, & bonorum ingeniorum incrementa, benignitas, honor, & humanitas Regis efficit, & contra Principum invidia, ſordes, aut ſtudium contendendi omnia iſta extinguit, atque perdit. *Hinc jure Spanhemius de Praest. & Uſu Numiſm. pag.* 10. En tibi Magnum Alexandrum, quem eadem rerum antiquarum cupiditate flagraſse, auctor eſt Philoſtratus *lib.* 1. *cap.* 4. Unde & Curtius: *Cognoſcendae vetuſtatis avidus* vocatur. *Mea quidem ſententia tantus Rex dignior videtur immortalibus laudibus & admiratione ob patrocinium, quo pulchras artes, atque omne ſcientiae genus proſecutus eſt, quam ob res belli praeclare geſtas, ac triumphos ex hoſtium clade reportatos. Hic pulchrarum Artium Heros* edixit (24), ne quis ipſum alias, quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles ſculperet, quam Lyſippus ex aere duceret. *Audiamus ea, quae in hanc rem obſervat Romanae Eloquentiae Pater* (25). Neque enim Alexander gratiae cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, & a Lyſippo fingi volebat; Sed quod illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriae fore putabat. *Ita Alexander maximo bonis artibus adjumento fuit. Etenim ut ſapiens idem ſcriptor animadvertit* (26). Honos alit artes, omneſque incenduntur ad ſtudia gloria: jacentque ea ſemper, quae apud quoſque improbantur.

Scientias, ut diximus, etiam plurimum juvit, cum praeſertim ſublimi Philoſopho Ariſtoteli provinciam demandavit, opemque maximam tulit, ut Naturae arcana inveſtigaret. Alexandro Magno Rege, *narrat Plinius* (27), inflammato cupidine animalium naturas noſcendi, delegataque hac commentatione Ariſtoteli, ſumno in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Aſiae, Graeciaeque tractu parere juſſa, omnium, quos venatus, aucupia, piſcatuſque alebant, quibuſque vivaria, armenta, alvearia, piſcinae, aviaria in cura erant, ne quid genitum ignoraretur ab eo, quos percontando, quinquaginta ferme volumina illa praeclara de animalibus condidit.

Non injucundum erit lectoribus ea etiam, quae Quintus Curtius de ſtudio & impenſis tanti Regis ad naturae feliciorem inveſtigationem narrat, intelligere. Ait enim hiſtoricus (28). Cognoſcendae rerum naturae tanto avidius incubuit, quanto pertinaciore ſpe imperium univerſi orbis prae-

(22) *Pol. Stratagem. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 1.

(23) *Loc. cit. Orat.* 2. *p.* 354.

(24) *Plin. Hiſt. lib.* 7. *cap.* 37. *& lib.* 37. *cap.* 1. *Vide etiam Horatium lib.* 2. *Epiſt.* 1. *v.* 239. *& Plutarchum de Fortuna Alexandri Orat.* 2. *p.* 356. *& Valer. Maxim. lib.* 8. *c.* 11. *Ext. n.* 2. *& praeſertim Apuleium qui in Flor. l.* 1. *p* 8. *haec habet*: Alexander noluit a multis artificibus vulgo contaminari; ſed edixit univerſo orbi ſuo, ne quis effigiem Regis temere aſſimilaret aere, colore, caelamine: Quin ipſe ſolus eam Polycletus aere duceret (*in quo hallucinatus eſt Apuleius de Polycleto, dum fuit Lyſippus, ſicuti tot Scriptores narrant*), ſolus Apelles coloribus delinearet, ſolus Pyrgoteles caelamine excuderet. Praeter hos tres multo nobiliſſimos in ſuis artificiis, ſi quis uſpiam reperiretur alius ſanctiſſimi imagini Regis manus admolitus, haud ſecus in eum, quam in ſacrilegum vindicaturus.

(25) *Cic. Epiſt. Famil. lib.* 5. *Epiſt.* 12.

(26) *Cicer. Tuſcul lib.* 1. *cap.* 2.

(27) *Lib.* 8. *cap.* 16.

(28) *Lib.* 1. *cap.* 3. *p.* 17.

imperocchè amando particolarmente una delle ſue concubine nominata Campaſpe, comandò ad Apelle, che la dipingeſſe nuda, eſſendo un portento di bellezza, ed eſſendoſi accorto, che quello era ugualmente innamorato, glie la diede in dono. Aleſſandro fu grande di animo, ma fu maggiore nell' impero di ſe ſteſſo, nè minore per queſta azione, che per qualunque vittoria: perchè vinſe ſe ſteſſo; nè ſolamente dette il letto ſuo all' artefice, ma ancora l' affetto, nè fu moſſo dal riſpetto della ſua diletta, che foſſe ſtata di un Rè, ora di un pittore. Onde ben li conviene ciò, che diſſe Polieno (22). *Aleſſandro procurava di ſuperar tutti gli uomini colla benevolenza.*

Dimoſtra Plutarco (23) l' effetto della protezione ch' ebbe per le Belle Arti, e Scienze dicendo. *Il Secolo di Aleſſandro fiorì di molti artefici, e di molti ſublimi ingegni, benchè nonſi debba tanto attribuire alla fortuna d' Aleſſandro, che aſcrivere alla felicità di queſti, che ebbero un teſtimonio, e uno ſpettatore della ſua eccellenza, il quale poteſſe giudicare de' loro eccellenti lavori, e generoſiſſimamente rimunerarli. Io per la qual coſa giudico, che gli artefici, che allora furono, foſſero eccellenti non tanto per il Secolo di Aleſſandro, quanto per Aleſſandro iſteſſo, che gli proteſſe. Imperocchè ſiccome l' aria buona, e temperata produce abbondante raccolta di biade, così creſcono le arti, e i belli ingegni per la liberalità, per l' onore, e la corteſia dei Regi. Ed al contrario, diventano languide, e ſi perdono tutte queſte coſe per l' invidia, e ſordido naturale de' Principi.* Quindi meritamente Spanemio de Praeſt. & Uſu Numiſm. pag. 10. diſſe: *Eccoti Aleſſandro il Grande, che un vivo deſiderio traſportò alla cognizione delle antiche coſe, come riferiſce Filoſtrato lib. 1. cap. 4. Onde ancora Curzio* lo chiama avido di conoſcere l' Antichità. A mio parere è più degno un tanto Rè di lode immortale, e di ammirazione per il patrocinio accordato alle Belle Arti, e ad ogni genere di ſcienza, che per i ſuoi trionfi, e conquiſte. Queſto Eroe delle Belle Arti *comandò* (24), *che neſſuno altro, che Apelle lo dipingeſſe, che Pirgotele lo ſcolpiſſe, e che Liſippo lo faceſſe in bronzo.* Ora aſcoltiamo ſopra di ciò la rifleſſione, che fa il Padre della Romana eloquenza (25). *Imperciocchè Aleſſandro non per favore voleva principalmente eſſer dipinto da Apelle, ed effigiato da Liſippo, ma perchè riputava, che per l' arte loro, sì ad eſſi, come ancora a ſe ſarebbe di gloria.* Così Aleſſandro fu di gran giovamento alle Belle Arti, come il medeſimo ſapiente Scrittore oſſerva (26): *L' onore accreſce le arti, e tutti s' accendono per l' amor della gloria, e ſon ſempre reputate vili preſſo quelli, che le condannano.*

Proteſſe ancora, come abbiamo detto, le ſcienze, quando commeſſe, e dette grandi ricchezze al ſublime Filoſofo Ariſtotele per inveſtigare gli arcani della Natura. *Il Rè Aleſſandro il Grande*, come narra Plinio (27), *infiammato dal deſiderio di conoſcere la Natura degli Animali, incaricò di queſta cura Ariſtotele, uomo ſommo in ogni ſcienza, e comandò che alquante migliaia d' uomini per tutto il paeſe dell' Aſia, e della Grecia ubbidiſſero ai ſuoi comandi, tutti quelli, i quali vivevano di cacciagione, di uccellagione, e di peſcagione, e tutti quelli ancora, che avevano la ſoprintendenza de' parchi, de' beſtiami, degli alveari, delle peſchiere, e delle uccelliere, acciocchè da lui non s' ignoraſſe veruna coſa della generazione. Queſto fu il motivo, conſultando queſta gente, perchè egli compoſe circa a cinquanta eccellenti volumi ſopra gli animali.*

Non ſarà diſcaro al Lettore d' intendere ancora quello, che narra Quinto Curzio della premura, e ſpeſe d' un Principe sì grande ſopra la ricerca più felice della Natura; imperocchè dice l' iſtorico (28) Aleſſandro Magno *più avidamente atteſe a conoſcere la Natura delle coſe, quanto con la più pertinace ſperanza era preoccupato alla conquiſta dell' impero di tutto il mondo.*

 Dipoi

(22) Stratagem. lib. 4. cap. 3. n. 1.

(23) Loc. cit. Orat. 2. p. 354.

(24) Plin. lib. 7. cap. 37. e lib. 37. cap. 1. Vedi ancora Orazio lib 2. Epiſt. 1. v 239. e Plutarco de Fortuna Alexandri Orat. 2. p. 356., e Valer. Maxim. lib. 8. cap. 11. Ext. num. 2. e particolarmente Apuleio, il quale in Floridis lib. 1. p. 8. così parla: *Aleſſandro non volle, che i molti artefici a ſuo capriccio volgarmente l' eſprimeſſero, ma comandò al mondo tutto al ſuo dominio già ſoggetto, che niuno ardiſſe di inciderlo temerariamente in bronzo, nè dipingerlo, nè ſcolpirlo, e che il ſolo Policleto l' incideſſe in bronzo* (in queſto Apulejo ha preſo abbaglio, poichè non fù Policleto, ma Liſippo, come raccontano tanti Scrittori), *il ſolo Apelle lo eſprimeſſe con la pittura, il ſolo Pirgotele lo ſcolpiſſe. Che ſe alcun altro fuori di queſti tre celebratiſſimi Artefici vi foſſe ſtato, il quale oſato aveſſe porre le mani a rappreſentare nelle ſue opere l' immagine del Rè ſantiſſimo, ne avrebbe vendicato l' ardire contro di quello, non diverſamente che contro un ſacrilego.*

(25) Cicer. Epiſt. Famil. lib. 5. Epiſt. 12.

(26) Cicer. Tuſcul. lib. 1. cap. 2.

(27) Lib. 8. cap. 16.

(28) Lib. 1. cap. 3. p. 17.

praeceperat. Cuius indagationem poſtea quoque adjuvit, plane Regio & animo, & ſumptu. Ariſtoteli, quo natura animalium certius, atque perſpectius commentari poſſet, tota Aſia, Graeciaque parere juſſit, quotquot venatu, aucupio, piſcatuve vitam tolerabant, aut aliquam in ejuſmodi negotiis peritiam aſſecuti fuerant. Conſtat in ejus operis impenſas octingenta Talenta Philoſophum accepiſſe. Adeo autem cognitionem illam dilexit, ut in eam ſumptum faceret, curamque impenderet, cujus fructum viſurus non erat. *Haec octingenta Talenta valde notabilem auri vim efficiebant. Incertum tamen eſt, quota eſſet ea ſumma; Etenim ſi Talenta erant Attica argentea, ſummam efficiunt Scutatorum Romanorum* 480000. *ſin autem erant Talenta Attica aurea, quod probabilius eſt, ut putat Caſaubonus in Athenaeum* (29), *ſunt ſcutatorum Romanorum* 2000000., *& inſuper* 800000.

Gentium domitores, victoreſque maximam praeſertim victis perniciem inferre ſolent, neque ſupputari poteſt. Id autem vere de Alexandro nullo modo dici licet. Veriſſima enim illa ſunt, quae celeberrimus Monteſquieu ſcribit (30). Qu'eſt-ce que conquerant, qui eſt pleuré de tous les peuples qu'il a ſoumis? Qu'eſt-ce que cet uſurpateur, ſur la mort du quel la famille qu'il a renverſée du throne, verſe des larmes? C'eſt un traite de cette vie, dont les hiſtoriens ne nous diſent pas, que quelque autre conquerant ſe puiſſe vanter. *Et hic referre juvat, quae ſagaciſſimo ingenio animadvertit de hoc Heroe doctiſſimus Comes Baldaſſar* da Caſtiglione, *qui l.* 4. *p.* 372. *ſic loquitur*: Num vobis haud videtur, Alexandrum ſuis victoriis utilem victis fuiſſe? Plurimas eaſdemque pulchras aedificavit civitates in regionibus incultis, ibi moralem vitam inducens, & Aſiam Europae quaſi conjungens amoris ſacrarumque legum vinculo, ita quidem, ut quos ipſe vicit, beatiores prae aliis extiterint, quod conjugia nonnullis oſtenderit, & aliis Agriculturam, aliis religionem, aliis ne ucciderent parentes jam ſenectute gravatos, ſed alerent; & aliis ut ſe abſtenerent a concubitu cum matribus, & ſexcenta alia, quae afferri poſſent in teſtimonium illorum bonorum, quae ex ipſius victoriis prodierunt. *Ex his facile conjicitur, hunc unum fuiſſe imperatorem, qui armis imperium Orbis ſibi vindicarit, unaque humanitati latiſſime conſuluerit.*

Tanta fuit omni aetate gloria, quae viguit Alexandri, ut uſque ad ſuperſtitionem coli videretur. Viri enim in anulis, mulieres in omnibus ornamentis tanti Regis geſtabant imagines (31), *quibus etiam in rebus praeclare gerendis non mediocre ſibi auxilium ſuppeditari opinabantur. Alexander Severus Imperator ipſum in Deorum numero habuit* (32). *Auguſtus autem eius imagine in obſignando utebatur* (33).

Inter huius Herois monumenta tria protoma coloſſalia Scalpri Graeci excellentis inveniuntur. Primum eſt in Muſeo M. D. Etruriae (34). *Alterum in Muſeo Capitolino. Tertium, quod ad Sveciae Reginam pertinebat, nunc eſt Hiſpaniarum in palatio S. Idelfonſi. Vultus eius exprimitur facie verſus coelum converſa, ita ut non modo animi nobilitatem, ſed & maeſtitiam quamdam praeſeferat. Vergit autem aliquantiſper verſus humerum, quo eodem habitu Statua erat a percelebri Lyſippo elaborata, quam Plutarchus his verbis deſcripſit* (35). Lyſippus autem cum finxiſſet primum Alexandrum facie ſurſus converſa in coelum intuentem, ſicut ſolebat ſuſpicere Alexandrum, leviter infleſſo collo: ſubſcripſit quidam non abſurde (36).

Aereus inſpiciens Divoſque hominesque regentem
Velle mihi eſt viſus talia verba loqui:
Magne tene Iupiter, neque enim prohibemus, Olympum,
Dum toto Tellus pareat orbe mihi.

Fortaſſe etiam artifex ea maeſtitiae ſigna in ejus vultu expreſſit, quippe qui novos mundos non potuerit ſuperare, aut ob aliud quodvis facinus ex ejus hiſtoria conſtans.

PHO-

(29) *Athen. l.* 9. *c.* 20. *p.* 505. juxta interpetrationem Nat. Com. Fertur enim Stagyrites octingenta Talenta ab Alexandro in hiſtorias animalium accepiſſe; *nam textus Graecus habet* ζωων ιςοριαν. *Non intelligo, cur celeber Caſaubonus ita verterit l.* 9. *p.* 398. Ab Alexandro donatum fuiſſe Talentis octingentis ad impenſam condendis libris neceſſariam. *Non etiam intelligo, cur Aelianus Var. Hiſt. l.* 4. *c.* 19. *hoc celebre facinus non Alexandro, ſed ejus patri Philippo Macedonum Regi tribuat. Perizonius ad Aelianum hanc ſummam deducit ad Carolinorum decies centena millia ſupra quatuor centum quadraginta millia, hoc eſt* 1440000

(30) *Eſprit de Loix vol.* 1. *lib.* 10. *art.* 21. *pag.* 259.

(31) *Trebell. Pollio in vita Quieti p.* 296. Alexandrum Magnum Macedonem viri in annulis & argento, mulieres in reticulis, & dextrocheriis, & in annulis; & in omni ornamentorum genere exculptum ſemper habuerunt: eo uſque, ut tunicae, & limbi, & penulae Matronales in familia eius hodieque ſint, quae Alexandri effigiem de liciis variantibus, monſtrent ... Quia dicuntur iuvari in omni actu ſuo, qui Alexandrum expreſſum, vel auro geſtitant, vel argento. *Divus Ioan. Chryſoſtomus Cathecheſi* 2. *pag.* 243. *vol.* 2. *inquit*: Aerea numiſmata Alexandri Macedonis in capite, vel pedibus quidam ligabant ad bonum omen.

(32) *Lampridius in vita Alexandri Severi pag.* 936. Alexandrum vero Magnum inter Divos et optimos in larario maiore conſecravit.

(33) *Svetonius in vita Auguſti cap.* 50.

(34) *Addiſſon Voyage d'Italie Tom.* 4. *p.* 293. *poſtquam de protoma Muſ. Fl. M. D. Etrur. loquutus eſt, ait, ſe alia duo aut tres eiuſdem Alexandri vidiſſe protomas, quae ſunt cum eodem habitu; eademque poſitura.*

(35) *De Fort. Alex. Orat.* 2. *p.* 356. *Vide eumdem Scriptorem in vita Alexandri vol.* 2. *pag.* 447.

(36) *Vide in hanc rem Antholog. lib.* 4. *cap.* 8. *Epigr.* 36. 37. 38. *&* 39. *& Tzezes Chil. XI. u.* 368. *p.* 443.

Dipoi con animo Regio, e spesa l' aiutò per farne questa ricerca. Ed acciocchè Aristotele potesse più sicuramente, e più diligentemente scriver le memorie sopra la natura degli animali, comandò che tutta l' Asia, e la Grecia lo ubbidisse, e tutti quanti vivevano di caccia, di uccellagione, e di pesca, o che fossero periti in queste sorte di cose. E' manifesto, che per le spese di quest' opera ricevè il filosofo ottocento Talenti, talmente amò questa cognizione, per cui fece questa spesa, ed ebbe questa premura, benchè non era per vederne il frutto. Questi ottocento Talenti facevano una considerabil somma di denaro. E' incerto però quanta fosse questa quantità di denaro; imperocchè se erano Talenti Attici di Argento facevano la somma di scudi Romani 480000. Se poi erano Talenti Attici di oro, che è più probabile, come giudica Casaubono sopra Ateneo (29) facevano la somma di due milioni, e 800000. scudi Romani.

I Conquistatori sono la rovina universale, e non si può calcolare il danno, che apportano principalmente alle Nazioni conquistate; ma non si può dir così di Alessandro. Verissime son quelle cose che scrisse il celeberrimo Montesquieu (30): *Qu' est-ce que conquerant, qui est pleuré de tous les peuples qu' il a soumis? Qu' est-ce que cet usurpateur, sur la mort du quel la famille qu' il a renversée du throne, verse des larmes? C' est un traite de cette vie, dont les historiens ne nous disent pas que quelque autre conquerant se puisse vanter.* Fa d' uopo ancora d' intendere le giustissime riflessioni sopra questo Eroe del dottissimo Conte Bald. *da Castiglione*, che nel lib. 4. p. 372. così parla: *Non vi par, che Alessandro giovasse con le sue vittorie ai vinti? Edificò tante belle città in paesi mal abitati, introducendovi il viver morale, e quasi congiungendo l' Asia, l' Europa col vincolo dell' amicizia, e delle Sante Leggi, dimodochè più felici furono i vinti da lui, che gli altri: perchè ad alcuni mostrò i matrimoni, ad altri l' agricoltura, ad altri la religione, ad altri il non uccidere, ma di nutrire i padri già vecchi; ad altri l' astenersi dal congiungersi con le madri, e mille altre cose, che si potrian dire in testimonio del giovamento che fecero le sue Vittorie.* Da questi fatti si raccoglie chiaramente, che questo è l' unico Conquistatore, che abbia reso del giovamento all' Umanità.

Tanta fu la gloria in ogni tempo della memoria di Alessandro, che era venerato fino alla superstizione. Gli uomini portavano l' immagine di sì gran Rè negli anelli, le donne in tutti gli abbigliamenti donneschi (31), perchè giudicavano esserli di giovamento, e di buono augurio in tutte le loro azioni. Alessandro Severo Imperatore lo collocò nel numero degli Dei (32), ed Augusto si servì nel sigillare della di lui immagine (33).

Tra i monumenti di questo Eroe si trovano tre busti colossali di eccellente scalpello Greco, il primo nel Museo del G. Duca di Toscana (34), il secondo nel Museo Capitolino, il terzo che apparteneva alla Regina di Svezia, è presentemente nel Palazzo di S. Ildefonso nella Spagna. E' rappresentato il di lui volto con la faccia voltata verso il Cielo, il quale non solo dimostra la grandezza d' animo, ma ancora una certa mestizia. La testa è un poco piegata verso la spalla, e nell' istessa positura era una statua fatta dal celebre Lisippo, descrittaci con queste parole da Plutarco (35): *Lisippo fece Alessandro col viso volto verso il cielo, siccome egli soleva guardare, e col collo alquanto piegato; un certo scrisse sotto elegantemente questi versi* (36):

Al Ciel rivolto parla così a Giove,
Che gli uomini governa, e ancor gli Dei:
La Terra è tutta tua, tu t' abbi il Cielo.

Forse ancora l' Artefice espresse questi segni di mestizia nel di lui volto per non poter conquistare de' nuovi Mondi, o qualche altra azione simile della sua istoria.

FO-

(29) Aten. l. 9. c. 20. p. 505. secondo la interpetrazione di Natal Conti. *Imperocchè si dice che lo Stagirita ricevesse da Alessandro ottocento Talenti per fare l' istoria degli Animali, perchè il testo Greco dice* ζωων ιστοριαν, cioè istoria degli Animali. Non comprendo, perchè il celebre Casaubono abbia così tradotto l. 9. p. 398. Ad Aristotele *essere stati dati da Alessandro ottocento Talenti per la spesa necessaria di comporre i libri*. Non comprendo ancora perchè Eliano Var. Hist. lib. 4. cap. 19. attribuisca questo fatto, non ad Alessandro, ma al di lui padre Filippo Rè della Macedonia. Perizonio sopra Eliano fa ascendere questa somma ad un milione, e quattrocento quaranta mila Carolini.

(30) Esprit de Loix vol. 1. lib. 10. Art. 21. p. 259.

(31) Trebell. Poll. nella vita di Quieto pag. 296. *Gli uomini portavano l' immagine di Alessandro Magno il Macedone scolpita negli anelli, e nell' argento, le donne nelle reti di testa, nelle braccia, e negli anelli, e sempre l' avevano scolpite in ogni sorte di ornamenti; dimodochè fino le Tuniche, e l' estremità delle vesti, e le Penule Matronali vi sono oggigiorno nella di lui famiglia, le quali dimostrano nelle tessiture di varii colori l' effigie d' Alessandro. Perchè dicono esser di giovamento in ogni sua azione a quelli che portano espresso Alessandro in oro, e nell' argento.* S. Giovanni Crisostomo Cathachesi 2. pag. 243. vol. 2. dice. *Alcuni legavano le medaglie di bronzo d' Alessandro Macedone nella testa, e ne' piedi per buono augurio.*

(32) Lampridio nella vita d' Alessandro Severo *p. 936.* dice, *che consacrò Alessandro Magno, e lo collocò nella cappella maggiore tra gli Dei.*

(33) Svetonio nella vita d' Augusto cap. 50.

(34) Addisson Voyage d' Italie Tom. 4. p. 293. Dopo aver parlato del busto di Alessandro del Gran Duca di Toscana, dice d' aver veduto due, o tre altri busti, colla medesima aria, e positura.

(35) De Fort. Alex. Orat. 2. p. 356. vedi il medesimo Scrittore nella vita di Alessandro vol. 2. p. 447.

(36) Vedi a questo proposito Antholog. lib. 4. cap. 8. Epigr. 36. 37. 38. e 39. e Tzezes Chil. XI. n. 368. p. 443.

XCIX.

P H O C I O N.

PYRGOTELIS OPUS,

Ex Sardonyche Anaglyph. exſcalptum.

APUD PRINCIPEM ALBANI.

PHocion *prudens dux, in conſiliis perſpicax, & ſummi Plutarchi auctoritate* (1) *inſigni praeditus eloquentia, inquiens Polyeuctus*, Oratorem optimum Demoſthenem, Phocionem ſumma dicendi vi praeditum ... Demoſthenes etiam cum reliquos Oratores nihil faceret, Phocione ad orandum aſſurgente, ſubmiſſa voce dicere ſolebat, meorum ſermonum ſecuris adeſt. *His excelſis animi dotibus, adverſa Fortuna celeber*. Cognomine BONUS (2) eſt appellatus. Fuit enim perpetuo pauper, cum ditiſſimus eſſe poſſet, propter frequentes delatos honores poteſtateſque ſummas, quae ei a populo dabantur. Hic cum a Rege Philippo munera magnae pecuniae repudiaret, legatique hortarentur accipere, ſimulque admonerent, ſi ipſe his facile careret, liberis tamen ſuis perſpiceret, quibus difficile eſſet in ſumma paupertate tantam paternam tueri gloriam: His ille, ſi mei ſimiles erunt, idem hic, *inquit*, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; ſin diſſimiles ſunt futuri, nolo meis impenſis illorum ali augerique luxuriam (3). *Hoc etiam facinore perſpicuum est magnos viros ob auri divitiarumque ſplendorem fucum ſibi fieri nunquam paſſos eſſe, cum eae ſaepe ſaepius vitiorum incitamenta ſint. Malis artibus Athenienſium hic vir eximius morte damnatus eſt*. Hic (4) cum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Emphiletus, quo familiariter fuerat uſus. Is cum lacrymans dixiſſet: O quam indigna perpeteris Phocion! Huic ille, at non inopita, inquit; hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienſes (5).

Iis, quae de hoc Heroe ex Cornelio Nepote depromſi, alia adnectam, quae Plutarchus habet (6). Paulo quidem poſt cum re ipſa appareret, qualem praeceptorem, cuſtodemque temperantiae, & juſtitiae amiſiſſet populus, ſtatuam Phocioni aeream Athenienſes poſuerunt, reliquias publico ſumptu ſepeliverunt, & Agnonidem damnatum capitis ſupplicio affecerunt. De caeteris accuſatoribus Epicurum & Demophilum ex urbe fuga elapſos filius Phocionis conſecutus interfecit. *Deſinam cum Valerio Maximo, qui Phocionis mores ita deſcribit* (7). Placidi, & miſericordes, & liberales, omnique ſuavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto conſenſus omnium BONITATIS cognomine decorandos cenſuit, Itaque conſtantia, quae natura rigidior videbatur, lenis e manſueto pectore fluxit.

NEP-

(1) *Plutarchus in vita Phocionis vol. 2. pag. 565.*

(2) *Cornelius Nepos in vita Phocionis cap. 1.*

(3) *Vide in hanc rem Aelianum Var. Hiſt. lib. 1. cap. 25. & lib. 17. cap. 9. & Plutarchum in Apophtegm. Regum vol. 1. pag. 344. Idem Plutarchus in vita Phocionis narrat p. 586.* Meus, inquit, Phoco (*filius Phocionis*) ſi mutata vita, temperantiae ſtudebit, paternis bonis erit contentus, ſin pergit, ut coepit, nihil ei ſatis erit.

(4) *Corn. Nepos cap. 4.*

(5) *De ingratitudine Athenienſium in multos illuſtres viros vide Valer. Maximum lib. 5. cap. 3.* Ingratitudo, *inquit Publius Syrus ſentent. p. 607.* omnia vitia in ſe complectitur: nullum igitur convitium dici poreſt contumelioſius. *Et Auſonius ex Menandro Epigr. 140.* Nil homine terra peius ingrato creat &c.

(6) *Plutarchus in vita Phocionis p. 586. Vide Aelianum Var. Hiſtor. lib. 3. cap. 47. & lib. 12. cap. 49.*

(7) *Valer. Maximus Dictor. lib. 3. cap. 8. Exter. 2. Vide de Phocionis moribus Plutarchum, Cornelium Nepotem, & Aelianum Var. Hiſtor.*

XCIX.

F O C I O N E.

OPERA DI PIRGOTELE,

In un Cammeo di Sardonica.

PRESSO IL PRINCIPE ALBANI.

FOcione fu prudente guerriero, perſpicace ne' conſigli, e per l' autorità del gran Plutarco (1), dotato di ſingolare eloquenza, dicendo Polieucto: *Ottimo Oratore Demostene, Focione dotato di ſomma forza nel perorare... Demostene ancora niente stimando gli altri Oratori, quando Focione s' alzava per parlare, ſoleva dire con voce ſommeſſa, ecco la ſcure dei miei diſcorſi.* Con tutte queſte eccellenti prerogative dell' animo fu celebre per l' avverſa fortuna, *e fu cognominato il BUONO* (2); *imperocchè fu ſempre povero, potendo eſſer ricchiſſimo, per i frequenti onori, e ſommo potere, che il popolo aveva a lui conferito. Queſti avendo ricuſato dal Rè Filippo doni di gran quantità di denaro, e gli Ambaſciatori l' eſortaſſero a ricevere, ed inſieme l' avvertiſſero, che ſe egli non voleva questi doni offertili, almeno provvedeſſe ai ſuoi figli, ai quali ſarebbe difficile in una ſomma povertà conſervare tanta gloria del padre, egli riſpoſe a questi, ſe i figli mi raſſomiglieranno, gli alimenterà questo piccolo terreno, il quale mi ha condotto a questa dignità, ſe poi non mi ſomiglieranno, non voglio colle mie ricchezze alimentare, ed accreſcere la loro luſſuria* (3). Con queſto fatto è chiariſſimo, che l' anime grandi non ſono mai abbagliate dallo ſplendore dell' oro, e delle ricchezze, le quali ſovente ſono un' incitamento ai vizi. Queſt' uomo sì probo per cabale inique degli Atenieſi fu condannato a morte. *Quando* (4) *egli era condotto a morte, venne incontro a lui Emfileto, col quale aveva converſato familiarmente. Questi avendoli detto piangendo: O Focione quante coſe indegne tu ſopporti! egli li riſpoſe, ma non impenſate; imperocchè molti illustri Atenieſi hanno avuto questo fine* (5).

Io ho principiato a dare un ſaggio di queſto Eroe con Cornelio Nipote; lo ſeguiterò con Plutarco, che dice (6): *Poco dopo eſſendo venuti in chiaro del fatto, e quale custode della temperanza, e della giustizia il popolo aveſſe perduto, gli Atenieſi inalzarono una Statua di bronzo a Focione, e lo ſeppellirono a ſpeſe del pubblico, e condannarono a morte Agnonide. Gli altri due accuſatori, Epicuro, e Demofilo, eſſendo fuggiti dalla Città, il figlio di Focione l' inſeguì, e li ucciſe.* Io terminerò con Valerio Maſſimo, il quale così deſcrive il carattere di Focione (7). *Placido, e compaſſionevole, e liberale, e temperato d' ogni ſuavità fu il carattere di Focione, il quale ottimamente ſenza dubbio per conſenſo di tutti fu giudicato, che foſſe decorato col cognome di BUONO. Pertanto la coſtanza, che per Natura pareva più rigida, placida veniva dal ſuo manſueto petto.*

NET-

(1) Plutarco in vita Phocionis vol. 2. pag. 565.

(2) Cornelius Nepos in vita Phocionis cap. 1.

(3) Vedi a queſto propoſito Eliano: Var. Hiſtor. lib. 1. cap. 25. e lib. 17. cap. 9. e Plutarco negli Apoftegmi dei Rè p. 344. vol. 1. il medeſimo Plutarco nella vita di Focione pag. 586. narra; *ſe il mio Foco* (figlio di Focione) *muterà vita, e procurerà d' eſſer continente, ſarà contento dei Beni paterni, ſe egli continuerà, come egli ha cominciato, nulla li ſarà baſtante.*

(4) Corn. Nipote cap. 4.

(5) Dell' ingratitudine degli Atenieſi verſo molti uomini illuſtri vedi Valerio Maſſimo lib. 5. cap. 3. *L' ingratitudine*, dice Publio Sirio nelle Sentenze pag. 607. *abbraccia in ſe tutti i vizi; neſſuna contumelia adunque può dirſi più ingiurioſa.* Ed Auſonio da Menandro Epigr. 140. *Niente la terra crea di peggiore, che l' uomo ingrato.*

(6) Plutarco nella Vita di Focione p. 586. Vedi Eliano Var. Hiſt. lib. 3. cap. 47. e lib. 12. cap. 49.

(7) Val. Maximus Dictor. lib. 3. cap. 8. Exter. 2. Vedi del carattere di Focione Plutarco, Cornelio Nipote, ed Eliano Var. Hiſt.

C.

NEPTUNUS.

QUINTILLI OPUS,

Beryllo incisum.

EX MUSEO PRINCIPIS PLUMBINI ROMAE.

QUamquam Clar. Stosch de Quintilli opere sileat, eum nihilominus inter Romanos Artifices recensendum proculdubio existimamus, licet ex ipsius minus perfecto opere Septimii Severi temporibus conjicimus, facilius etiam, ut existimat Pikler, recentius vixisse. Laudati Scriptoris explanationem partim sequimur sub his verbis (1): Neptunus, pube tenus e curru extans, quem hippocampi, seu equi marini per undas trahunt, corpore nudo, veste veli instar, vento excepto, tumida, ut marinis numinibus apponi mos est, dextera manu piscem, qui ex repando corpore Delphin esse dignoscitur, ostentat, sinistraque tridentem tenet.

Maris imperium huic Numini datum fuit (2), *extititque ventorum potens* (3). *Egregie Virgilius describit Neptunum, eiusque currum, quo celeri cursu fertur per aequora* (4):

> Iungit equos curru genitor, spumantiaque addit
>
> Fraena feris, manibusque omnes effudit habenas:
>
> Caeruleo per summa levis volat aequora curru.

Modo bigis vehitur Neptunus, ut varia exhibent numismata, modo quadrigis, ut illum etiam Orpheus designat dicens (5): Quadrigatum currum gubernans.

Quoad Delphinem Neptuno gratissimum, quem dextera tenet, eleganter eum describit Oppianus (6) *his versibus;*

> . . . : . Eximie namque eos Neptunus diligit,
> Propterea, quod ipsi puellam nigris oculis Nerei filiam
> Quaerenti fugientem suum coetum Amphitriten
> Deprehensam delphini in Oceani domibus
> Latitantem nunciarunt, & statim Nigricomus
> Virginem eripuit, recusantemque domuit:
> Et hanc quidem coniugem maris reginam constituit:
> Nunciique gratia laudavit fideles suos ministros;
> Suaque in sorte excellentem eis tribuit honorem.

Era-

(1) *Gem. pag. 80.*

(2) *Ita Cic. de Nat. deor. l. 2. c. 26. p. 585.* Datum est igitur Neptuno, alteri Jovis, ut volunt, fratri, marittimum omne regnum.

(3) *Id asserit Seneca in Oedip. Scen. 1. act. 2. v. 254.*

> . . . . . . Quippe ventorum potens
> Aequor per altum caeruleos currus agis.

(4) *Aeneid. l. 1. v. 817.*

(5) *Hymn. p. 297. In bigis Thes. Morel. in famil. Crepereiae p. 145. Vide Montf. Antiq. vol. 1. tab. 31. In quadrigis Neptunus cum equis quadrupedibus, atque terrestribus, in famil. Claudiae p. 537. Duiliae p. 551. Fabiae p. 554. & Fulviae p. 560., numismatibus scalptus observatur, & in gemma Mus. Odescalchi vol. 2. tab. 4.*

(6) *De Piscat. l. 1. v. 385. & seqq.*

C.

NETTUNNO.

OPERA DI QUINTILLO,

Incisa in Acqua Marina,

NEL MUSEO DEL PRINCIPE DI PIOMBINO DI ROMA.

QUantunque il Chiar. Stosch abbia taciuto di parlare dell' opera di Quintillo, noi lo crediamo sicuramente un Artefice della Scuola Romana, e dal suo lavoro non molto felice congetturiamo esser vissuto circa ai tempi di Settimio Severo, e facilmente, come dice il ch. Pikler, nei tempi più bassi. Noi ci serviremo in qualche parte della spiegazione del mentovato Scrittore (1). *Nettunno nudo, di cui la metà del corpo esce dal suo carro tirato sull' onde dai Cavalli Marini, con una veste come un velo gonfiata dal vento, come è accostumato darsi alle Deità Marine, nella destra tiene un pesce, che si conosce dal ripiegarsi essere un Delfino, e nella sinistra ha il suo Tridente.*

Fu dato a Nettunno l' impero del Mare (2), e fu ancora Signore de' Venti (3). Mirabilmente Virgilio descrive Nettunno nel suo carro portato per il Mare (4):

. . . . Dell' onde il padre
Giunge i Cavalli al cocchio, e lo spumante
Freno a domar la lor ferocia impone,
E tutte dalla man lascia le briglie.
A fior dell' acqua col ceruleo carro
Sen vola.

Si vede in molte Medaglie Nettunno nel carro, ora in una biga, ora in una quadriga, conforme denota Orfeo dicendo (5): *Guidando una Quadriga.*

Spettante al Delfino gratissimo a Nettunno, il quale tiene nella destra, elegantemente lo descrisse Oppiano in questi versi (6):

Che sovra modo loro ama Nettunno;
Che la donzella già dagli occhineri,
Anfitrite figliuola di Nereo,
Che 'l suo letto fuggia, a lui cercante,
Scorgendola i Delfini nelle case
Dell' Oceano ascosa, l' avvisaro.
E 'l Chiomazzurro tosto ne rapìo
La fanciulla, e domò lei ricusante,
E consorte la feo del Mar Regina;
E i suoi fidi ministro pe 'l messaggio
Commendò, e in la sorte del suo Regno,
Eccellente diè lor pregio, ed onore.

(1) Gem. p. 80.

(2) Così Cicerone de Nat. Deor. lib. 2. cap. 26. pag. 585. *Fu dato tutto l' impero del Mare a Nettunno, altro fratello di Giove.*

(3) Ciò asserisce Seneca nell' Edipo At. 2. Sc. 1. v. 254.
. . . . . E tu, che guidi in Mare
Signor de' Venti, i tuoi cerulei Carri,

(4) Aen. lib. 1. v. 817.

(5) Hymn. p. 297. Nelle Bighe Thes. Mor. nella famiglia Crepereia p. 145. Vedi Montf. Antiq. vol. 1. Tav. 31. Nelle Quadrighe Nettunno con i Cavalli quadrupedi, e terrestri s' osserva nelle medaglie delle famiglie Claudia pag. 537. Duilia p. 551. Fabia p. 554., e Fulvia pag. 560., e nella gemma del Museo Odescalchi vol. 2. Tav. 4.

(6) Oppiano della Pesca lib. 1. v. 385. seqq.

Erathosthenes tamen non omnino conformis est hujus fabulae expositioni; ita enim de illa scribit (7): Neptunus Amphitritem voluit in conjugem accipere; illa verecumdata ad Atlantem confugit, cupiens servare virginitatem, quemadmodum aliae Nereides sese abscondebant. Illam igitur latitantem complures misit Neptunus, qui sibi ambirent, inter alios Delphinum. Hic igitur circa insulas Atlanticas moram faciens, in eam incidit, suisque suasionibus ad Neptunum duxit, qui, ea accepta, maximos honores in mari Delphino exhibuit, sacrum sibi denominavit, & inter sidera eius effigiem collocavit (8). Porro qui Neptuno gratificari volunt, eius simulacrum faciunt, Delphinum in manu habens (9) ad testandam beneficentiae gratitudinem. Haec de Delphino scribens Artemidorus in Elegiis, quas de Amore composuit.

Sed jam de Tridente, *Neptuni, ut inquit Aeschilus* (10), *signo, quem* Inclyti *epitheto exornat Pyndarus* (11), *dicendum. Ita egregie Virgilius* (12) *eius facultatem exponit:*

> . . . . Levat (*scilicet naves*) ipse Tridenti,
> Et vastas aperit syrtes & temperat aequor,
> Atque totis summas levibus perlabitur undas.

Et alibi (*lib. 2. Aen. v.* 610.)

> Neptunus muros magnoque emota tridenti
> Fundamenta quatit totamque a sedibus urbem
> Eruit.

Et in alio loco (13);

> . . . . . . Tuque o, cui prima frementem
> Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
> Neptune,

Plura eademque inter sese diversa epitheta huic Numini dederunt veteres (14). *Omnium vero praestantissimum est epithetum* Hippii (15), *velut primus, qui fraenis equos domuit, ut perhibet Pausanias his verbis* (16): Quod equestrem significat, alius alia de causa Deo inditum suspicari possit. Ego ex eo conjicio, quod equitationem primus Neptunus invenisse dicatur. Homerus quidem, ubi equorum certamen describit, Menelaum facit jusjurandum concipientem per hujus ipsius Dei numen (17):

> En age equos tangens Neptuni numina jura,
> Fraude meos nulla prudens tardare jugales.

Pamphus vero, vetustissimorum apud Athenienses Hymnorum Auctor, Neptunum appellat equorum, ac turritarum velatarumque navium largitorem. Satis itaque probabile, non aliunde eum, quam ab equitatione, nomen adeptum.

Aliae quoque a Diodoro Siculo Neptuni dotes referuntur (18): Neptunus, *inquit*, maris negotia primus

(7) *Catasterismi p.* 125.

(8) *Vide Hyginum Poet. Astronom. p.* 67. *& Arati Phoenomena p.* 191.

(9) *Id observatur in nummis Marci Agrippae, & Posthumi Imp. apud Mediobarbum p.* 55. *&* 392. *& in aliis numism. Magnae Graeciae.*

(10) *Aesch. in Supp. v.* 222. Video Tridentem hunc signum Dei. *Vide Priap. Carm.* 8. *p.* 11. Aequoreo fuscina Deo. *Ab Ovidio Metam. lib.* 8. *v.* 594. *nuncupatus est* Tridentifer.

(11) *Od.* 1. *Olymp. p.* 13.

(12) *Aeneid. l.* 1. *v.* 149.

(13) *Georg. l.* 1. *v.* 12. *Vide Orph. Hymn. p.* 298. *& Hom. Iliad. l.* 13. *v.* 39. *de Allegoriis, & qualitatibus Tridentis conf. Fulgent. l.* 1. *p.* 130. *Plutarch. de Isid. & Osir. vol.* 2. *p.* 172. *Phornut. de Nat. Deor. p.* 192. *& seq. & Heraclid. Pont. Allegor. Homeri pag.* 459.

(14) *Vide Indicem in Pausan.*

(15) *Varias huius vocis etymologias excogitavit deduxitque Sextus Pomponius Fest. p.* 72. *Nonnullas quoque nominis Neptuni etymologias exhibet Cic. l. c.*

(16) *L.* 7. *c.* 21.

(17) *Iliad. lib.* 23. *v.* 584.

(18) *L.* 5. *c.* 69. *p.* 386. *Vide Hom. Hymn. in Nept. p.* 559.

Eratoſtene però non s' uniforma alla deſcrizione di queſta favola, perchè così la deſcrive (7): *Nettunno volendo ſpoſare Anfitrite, ella vergognandoſi, e volendo conſervare la verginità ricorſe ad Atlante, come l' altre Nereidi s' aſcondevano. Ella ſtando naſcoſta mandò molti Nettunno, che la circondaſſero, tra gli altri il Delfino. Queſti adunque dimorando intorno all' Iſole Atlantiche, s' incontrò in lei, e con le ſue perſuaſioni la conduſſe a Nettunno, il quale avendola gradita, fece grandiſſimi onori al Delfino nel Mare; e lo chiamò ſacro, e collocò la di lui immagine tralle Stelle* (8). *Quelli che voglian fare coſa grata a Nettunno, fanno la di lui ſtatua, avendo nella mano il Delfino* (9), *per dimoſtrare la gratitudine della beneficenza. Queſte coſe del Delfino ſcriſſe Artemidoro nell' Elegie, che compoſe ſopra l' Amore.*

Ma ora dichiamo del Tridente, caratteriſtico, come dice Eſchilo (10), di Nettunno, che Pindaro (11) li dà l' epiteto di *Inclito*. Così egregiamente eſpoſe Virgilio (12) la di lui potenza.

. . . . Ei col Tridente
Le ſolleva aiutandole, e riapre,
Onde poſſano eſcir dell' ammontata
Sabbia l' argine immenſo, e il mare acquieta,
Ed a fior d' acqua col leggiero carro
Vola, e non bagna le veloci rote.

E in altro luogo (lib. 2. Aen. v. 610.)

Ivi col fier Tridente urta Nettunno,
Le ſmoſſe mura, e i fondamenti abbatte,
E fin dall' imo la città conquaſſa.

Ed altrove (13).

. . . . E, oh tu Nettunno
A cui produſſe là di freſco nata
Terra percoſſa dal Tridente grave
Il fremente Deſtriero.

Molti epiteti furono dati dagli Antichi a queſta Deità (14), ma il più celebre fu quello di *Ippio* (15), ſiccome fu il primo a domare i cavalli col freno, come narra Pauſania con queſte parole (16): *perchè ſignifica equeſtre, per altro motivo ancora può crederſi dato queſto epiteto a Nettunno. Io congetturo da queſto, che fu il primo Nettunno di avere inventato il cavalcare. Omero certamente, quando fa la deſcrizione d' una corſa di Cavalli, fa giurare Menelao per queſto iſteſſo Nume* (17):

. . . . Giura quello,
Che tien la terra, e che la terra ſcuote
Non aver di tuo grado il cocchio mio
Impacciato con dolo, e con inganno.

Pamfo autore degli antichiſſimi Inni preſſo gli Ateniesi chiama Nettunno, che ha dato agli uomini i Cavalli, e le Navi turrite, e con le vele. Pertanto è molto probabile, non avere egli altrove acquiſtato queſto nome, che dal cavalcare.

Ecco altre doti di Nettunno narrateci da Diodoro (18). *Nettunno* (dice) *fu il primo,*

che

(7) Cataſteriſmi pag. 125.

(8) Vedi Igino Poet. Aſtronom. p. 67. ed Arati Phoenomena p. 191.

(9) Ciò s' oſſerva nelle Medaglie di Marco Agrippa, e di Poſtumo Imperatore preſſo Mezzabarba p. 55. e 392., ed in altre Medaglie della Magna Grecia.

(10) Eſchilo nel Suppl. verſ. 222. *Veggo il Tridente Caratteriſtico di Nettunno*. Vedi Priap. Carm. 8. p. 11. *Il Tridente al Dio del Mare*. Da Ovidio l. 8. Met. v. 594. è chiamato che porta il Tridente.

(11) Od. 1. Olymp. p. 13.

(12) Aeneid. lib. 1. v. 149.

(13) Georg. lib. 1. v. 12. Vedi Orfeo Hymn. p. 298., e Omero Iliad. lib. 13. v. 39. Delle Allegorie, e qualità del Tridente conſulta Fulgenzio lib. 1. p. 130. Fornuto de Nat. Deor. p. 192. & ſeq. e Plutarco de Iſid. & Oſir. vol. 2. pag. 172. ed Eraclide Pontio Allegorie di Omero pag. 459.

(14) Vedi l' Indice in Pauſania.

(15) Varie etimologie di queſta parola fece Seſto Pompeio Feſt. p. 72., e varie derivazioni del nome di Nettunno poſſono vederſi preſſo Cicerone loc. cit.

(16) Lib. 7. cap. 21.

(17) Iliad. lib. 23. v. 584.

(18) Lib. 5. cap. 69. p. 386. Vedi Omero Hymn. in Nept. v. 559.

primus tractare coepit, classemque instituit, Praefecturam hanc a Saturno adeptus, ideoque fama apud posteros increbuit, quae in mari geruntur, in hujus potestate & arbitrio esse, & propterea solemnibus eum sacris nautae honorant. Adjiciunt & hoc, equos a Neptuno primum domitos, & equestris rei scientiam ab eo traditam. Unde Hyppius, idest equestris, nominatur.

Magnificum templum Neptuno dicatum Plato ita describit (19): Erat Neptuni templum stadium unum longum, jugera latum tria.

Pluribus ducti rationibus causisque diversa vota & sacrificia huic divinitati veteres persolvebant. Plutarchus (20) *narrat*, qui ab Helleno prisco genus suum ducunt, Primigenio sacrificant Neptuno, quod hominem ex humida ortum natura censent, ut etiam Syri. *Plurimi tamen hostias ex piscibus mactando offerebant, ut* vitulum marinum, *aut* Pompilum (21), *& alii* thynnum. *Athenaeus* (22) *hujus rei rationem praebere videtur cum dicit:* Piscatores, quo tempore tynnos piscantur, post foelicem retium jactum, sacrum Neptuno peragere immolareque Deo thynnum captum, ac vocari sacrificium illud Thynnaeam. *Talpas quoque pro sacrificio eidem immolabant, ut asserit Phornutus* (23) *hisce de causis:* Immolant ei talpas, quasi in ipsum situm sit, ut domicilia & aedificia, quae terrae insistunt, non corruant, verum firma permaneant. *Nigros insuper tauros ejus in honorem mactabant juxta laudatum Scriptorem* (24): Hinc certe, *ait*, Neptuno taurorum sacrificia conveniunt. Sacrificant autem ejus in honorem tauros atros propter maris colorem demonstrandum. *Quod etiam ex Homero perspicue evincitur ex his verbis* (25).

Tauros totos nigros Neptuno coeruleo caesariem.

Idque confirmat Virgilius (26). *Et Pausanias* (27) *causam referre videtur, qua Corcyrenses tauri sacrificium dederunt Neptuno, & copiam Thynnorum obtinuisse asserit.*

Verum & honos per ludos festosque dies Neptuno tribuebatur, teste Varrone (28): Neptunalia a Neptuno: Eius enim Dei Feriae. *Haec Festa recensentur quoque in antiquo Kalendario Romano* (29), *ubi habetur:* NEPT LVDI. *Mense Iulii celebrabantur, & a Circensibus Ludis probabiliter non erant distincta, ut ex Lactantio Firmiano conjicitur* (30).

Notus est autem veterum, ut ita dicam, furor, & nimis effusa superbia, ut se deorum filios venditarent, qua non solum imperatores & reges, verum & privatos homines turpiter affectos fuisse constat, ut memorat Dion (31): Pompeius autem, *inquit*, magis tum elatus animo, vere Neptuni filius esse creditus est; *ideo ab Horatio* (32) *nuncupatus* Neptunius Dux.

TE-

(19) *In Critia p. 501. ubi hoc magnificum templum aureis statuis ornatum describitur &c.*

(20) *Symp. lib. 8. quaest. 8. p. 291. vol. 2.*

(21) *Vide Natal. Conti Mytolog. l. 4. p. 297. De hoc pisce consule Ionstonium de Pisc. p. 6. & Aelianum hist. animal. l. 1. c. 15. hic pistis similis est cynno.*

(22) *Athen. lib. 7. pag. 297.*

(23) *De nat. deor. p. 194.*

(24) *l. c. p. 193.*

(25) *Odiss. l. 3. v. 6.*

(26) *l. 3. Æneid. v. 119.*

(27) *l. 10. c. 9.*

(28) *De Ling. lat. l. 5. p. 50.*

(29) *Graev. Antiquit. vol. 8. p. 67.*

(30) *De vero cultu l. 6. c. 20. p. 507.*

(31) *l. 48. p. 516. Vide Appia. Alex. de bel. civil. vol. 2. p. 1154.*

(32) *Horat. Epod. Od. 9.*

che trovò l' arte del navigare, e ordinare un armata Navale, ed acquistò questa dignità di comandare da Saturno, perciò crebbe la fama appresso i posteri, essere Nettunno Signore del Mare, per la qualcosa i nocchieri l'onorano con solenni sacrifici. Aggiungono a questo, che fu il primo Nettunno, che domasse i cavalli, e che insegnasse l' arte del cavalcare, per la qualcosa fu chiamato Ippio, cioè Equestre.

Un magnifico tempio fu dedicato a Nettunno, così descritto da Platone (19): *Era il tempio di Nettunno di lunghezza uno stadio, e largo tre jugeri.*

Vari furono i motivi, per cui facevano gli antichi voti, e differenti sagrifici a questa Divinità. Plutarco narra (20), *che quelli, che discendono dall' antico Elleno, sagrificano a Nettunno primogenito, credendo che l' uomo sia dall' umida natura venuto al mondo, siccome ancora i Siri.* Molti però li facevano sagrifizi di pesci, come di un Vitello Marino, o di un Pompilo (21), ed altri di un Tonno, adducendo di ciò la ragione Ateneo (22) col dire. *I pescatori nel tempo, che fanno la pesca de' Tonni, dopo aver gettato felicemente le reti, fanno un sagrifizio a Nettunno con immolare a questo Nume un Tonno, e chiamarsi questo sagrifizio Tonnea, o il sagrificare i Tonni.* Li facevano ancora il sagrifizio delle Talpe, come asserisce Fornuto (23), ed eccone la causa. *Sagrificavano a lui le Talpe da pertutto, quasi fosse collocato in questo, che le abitazioni, e gli edifizi, i quali stanno sopra la terra, non rovinassero, ma restassero con stabilità.* Inoltre secondo il mentovato Scrittore (24), *sagrificano in onore di lui dei Tori neri. Per questo* (dice) *convengono i sagrifizi dei Tori a Nettunno. Sagrificano in onore di lui degli altri Tori per dimostrare il colore del mare*; E ancora ciò è dimostrato chiaramente da Omero con queste parole (25).

Tori del tutto neri all' Urta-terra
Nettunno di cerulea oscura chioma.

Ciò ancora conferma Virgilio (26); e Pausania (27) pare, che adduca la causa, per cui i Corciresi fecero sagrifizio a Nettunno di un Toro, ed asserisce aver loro conseguito una gran quantità di Tonni.

In onore di Nettunno si facevano le Feste, e i Giuochi Nettunnali, al riferire di Varrone (28). *I Giorni festivi di questo Dio Nettunno sono chiamati Nettunnali.* Queste feste sono registrate nell' antico Calendario Romano (29), così dicendo NEPT. LUDI, cioè spettacoli di Nettunno, e si celebravano nel mese di Luglio, e probabilmente saranno stati Giuochi Circensi conforme da Lattanzio Firmiano si congettura (30).

E' noto il fanatismo degli antichi, e la loro grande alterigia di ostentare d' esser figli degli Dei, che non solo commosse gl' Imperatori, ed i Rè, ma ancora gli uomini privati, conforme narra Dione (31): *Ma Sesto Pompeio allora gonfio di superbia si credè veramente esser figlio di Nettunno*; perciò fu chiamato da Orazio (32): *Il Condottier di Nettunno.*

TE-

(19) In Critia p. 501. dove è la descrizione di questo magnifico tempio ornato di Statue di Oro ec.

(20) Sympos. lib. 8. quaest. 8. p. 291. vol. 2.

(21) Vedi Natal. Conti Mytholog. lib. 4. p. 297. Di questo pesce è da consultare Ionstonio de Piscib. pag. 6. ed Eliano Hist. Animal. lib. 2. cap. 15. questo pesce è simile al Tonno.

(22) Athen. lib. 7. pag. 297.

(23) De Nat. Deor. p. 194.

(24) Loc. cit. p. 193.

(25) Odiss. lib. 3. v. 6.

(26) Lib. 3. Aen. v. 119.

(27) Lib. 10. cap. 9.

(28) De Lingua Lat. lib. 5. pag. 50.

(29) Graev. Antiquit. vol. 8. p. 67.

(30) De vero cultu lib. 6. c. 20 pag. 507.

(31) Lib. 48. p. 516. Vedi Appian. Alex. De Bello Civili vol. 2. p. 1154.

(32) Horat. Epod. Od. 9.

CI.

PANOS CAPUT.

SCYLACIS OPUS,

Ametysto incisum.

EX MUSEO STROZZIANO ROMAE.

SEmihircina Panos facies risum exprimit; Verum cum ipso risu certat quidam horror, egregio artificio expressus. Rigent hac illac diffluentes inculti capilli, horret barba hispida atque impexa: quae omnia eximiam Scylacis peritiam perspicue declarant (1). *Peritissimus Ioannes Pikler de hoc artifice Scylace sic loquitur*: Dei Panos caput; tum Aquilae caput, mihi modum quasi Graecum-Etruscum praebere videntur.

Gemma, de qua hic sermo, similis prorsus videtur Panos statuae, ut illam veteres Scalptores marmoreis simulacris caelabant, pictoresque colorum elegantia exprimebant, teste etiam Herodoto (2): Panos simulacrum, *inquit*, & pictores pingunt, & statuarii scalpunt, quemadmodum Graeci, caprina facie hircinisque cruribus. *Omnium quidem pulcherrimam venustissimamque Numinis huius descriptionem exhibet Lucianus* (3): Corniger, *inquit*, & ex dimidia inferiori parte capro similis, barbam dimittens longam, parum a capro differt. *Nec absimili ratione illum Ophelius pinxit.* (4) *Obstupesceret sane, opinor, quisquis picturam huius numinis cerneret, quam celeberrimus Zeuxi perfecit donavitque Archelao Macedoniae regi, qui tanti illam fecerat, ut* a nullo satis digno pretio permutari posse diceret (5). *Panos patrem Mercurius fuisse negat, ut ait Lucianus* (6), *eumdem Mercurium sic alloquentem inducens*: Meus enim qui fieri potest, ut sis cum cornibus & naso tali, & barba hirsuta, cruribusque bifidis ac hircinis? *Cur vero birco similis videatur, ipse Pan causam affert dicens.* Quando enim mecum congrediebatur pater tuus, hircum se adsimilavit, ut lateret; ea est causa, cur similis evaseris hirco.

Innumera plane de hoc Numine Gentium commenta fabulasque qui scire desiderat, adeat Natalem Conti (7). *Obiter dicam dumtaxat, quod tanquam Universi Deus spectatus, sicuti ejus nomen exprimit, ita appellatus ab Orpheo in Hymn. Panos* (8),

> Pana voco fortem, mundi integrum,
> Coelum, & mare, & terram omnium reginam,
> Et ignem immortalem. Illa enim membra sunt Panis.

Inferius inquit.

> Rector mundi, auctor, lucifer fructuose Paean:
> Antro gaudens, memor injuriae, verus Iupiter cornutus;
> Tibi enim immensa terrae planicies confirmata est.

Arcades, *Graeciae populi antiquissimi, ut inquit Macrobius* (9), hunc Deum, *scilicet Pana*, colunt, non sylvarum dominum, sed universa substantiae materialis dominatorem significari volentes: Cuius naturae vis, universorum corporum, seu illa divina, sive terrena sint, componit essentiam. Ergo Invi cornua, barbaeque prolixa demissio, naturam lucis ostendunt, qua sol, & ambitum coeli superioris illuminat, & inferiora collustrat. *Deinde ostendit*, quod in Caprae pedes desinit. *Silenus etiam a Plauto* (10) *nuncupatus est.* Naturae Deus sum;

Pana bello magnum fuisse, atque phalangis inventorem evidenter ostendit Polyaenus, dicens (11): Bacchi (12) dux *fuit Pan*. Is primum invenit aciem, phalangem nominavit, cornu instituit dextrum & sinistrum. Hac de causa ferentem cornua, Pana fingunt....

Insigne Panis caput in parvo vase plasmatis smaragdini habetur (*), *quod spectantium oculos in admirationem rapit, ut ab aliquo sane elaboratum perillustri opifice dicendum sit. Pretiosum istud Antiquitatis monumentum reperitur apud D. Rendorp de Marquette Pagorum Praefectum Amstelodami, virum scientiarum Artiumque omnium laude spectatissimum.*

ER-

(1) *Ita Gori Mus. Flor. v. 2. p. 25. tab. 9. n. 3.*

(2) *l. 2. p. 171. Vide Anthol. l. 4. c. 10. n. 82. Epigr. Philodeni in simulacrum Panos.*

(3) *In Conc. deor. vol. 3. n. 4. p. 530.*

(4) *Anthol. l. 6. c. 4.*

(5) *Plinius l. 35. c. 9.*

(6) *Dial. 22. Deor. Panis & Mercurii p. 269. vol. 1.*

(7) *Mytolog. l. 5. c. 6.*

(8) *Orph. Hymn. p. 287.*

(9) *Macrob. Saturn. lib. 1, cap. 23.*

(10) *Plaut. in prolog. Bacchid. v. 25.*

(11) *Stratag. l. 1. p. 9. &c. Vide Anonym. de Incred. p. 89.*

(12) *Etsi Bacchus, ut caetera Gentilium Numina, commentorum involucris fere lateat, tamen in armis belloque prae aliis omnibus perantiquis heroibus eximium inclitumque fuisse & Polyaenus lib. 1. p. 7., & clarius etiam solertissimus Arrianus Nicomedus lib. 8. designant.*

(*) *Tab. XVII. N. II.*

CI.

TESTA DI PANE.

OPERA DI SCILACE,

Incifa in Amatifta.

NEL MUSEO STROZZI DI ROMA.

IL volto di Pane mezzo d' Irco efprime il rifo, ma con l' ifteffo rifo contende un certo orrore, efpreffo con egregio lavoro. I capelli incolti, e duri, che fcorrono in quà ed in là, la barba irfuta e fcompigliata: Tutte quefte cofe chiaramente dimoftrano la perizia eccellente di Scilace (1). Il peritiffimo Gio. Pikler fopra quefto Artefice Scilace così s' efprime: *parmi che la tefta del Dio Pane, e la tefta dell' Aquila fia di maniera quafi Greco-Etrufca.*

La gemma, della quale parliamo, fi vede effere ftata fimile alla Statua di Pane, che gli Antichi Scultori fcolpivano nei marmi, ed i pittori coll' eleganza de' colori efprimevano, conforme ancora narra Erodoto (2): *La Statua di Pane i Pittori la dipingono, e gli ftatuari la fcolpifcono conforme i Greci, col volto di Capra, e colle gambe di Becco.* Luciano (3) fa una graziofiffima defcrizione di quefta Deità, dicendo. *Cornuto, e dalla parte del mezzo inferiore fimile ad un Caprone, colla barba lunga cadente, poco differente da un Caprone.* Così fu dipinto dal Pittore Ofelio (4). Certamente credo, che ciafcuno refterebbe forprefo, che vedeffe la pittura di quefta Deità fatta dal celeberrimo Zeufi, e donata ad Archelao Rè della Macedonia, e tanta era la ftima che ne faceva, *che diceva, neffuna fomma di denaro è baftante a poterla pagare* (5). Mercurio nega d' effer padre di Pane, come dice Luciano (6), inducendo così a parlare il medefimo Mercurio. *Come puoi tu effer mio Padre, tu che hai le corna, ed un tal nafo, ed una barba irfuta, ed i piedi feffi in due parti, e di Becco.* Il Dio Pane apporta la ragione, perchè fia fomigliante a un Becco, dicendo. *Imperocchè quando tuo padre s' unì meco, s' affomigliò ad un Becco, per ftar nafcofto, e quefta è la caufa, perchè tu fei venuto fimile ad un Becco.*

Chi bramaffe di fapere molte cofe favolofe intorno a quefta Deità, confulti Natale Conti (7). Dirò folamente, che era riguardato come Dio dell' Univerfo, come efprime il fuo nome, chiamandolo così Orfeo nell' Inno di Pane (8):

Pan chiamo forte, il tutto in un del mondo
E Cielo, e Mare, e Terra imperatrice,
E immortal fuoco: Effe di Pan fon membra.

E più a baffo dice:

..... Rettor del mondo, accrefcitore
Lucifero, fruttifero, Peane
Di antri gaudente, di gravofo fdegno,
Vero Giove cornuto, che piantato
E' a te della terra il vafto piano.

Gli Arcadi, popoli antichiffimi della Grecia, come dice Macrobio (9), *adorano quefto Dio*, cioè Pane, *non Signore delle felve, ma volendo fignificare effere il dominatore di tutta la foftanza materiale; la virtù di quefta natura compone l' effenza di tutti i corpi o fiano quelli Divini, o terreni. Adunque le corna di Pane, e la lunga barba, dimoftrano la Natura della luce, colla quale il Sole illumina il circuito del Cielo fuperiore, e guarda intorno le cofe da baffo.* Dipoi rende ragione, *perchè ha i piedi di Capra.* Ancor Sileno è ftato chiamato da Plauto (10): *Io fono il Dio della Natura.*

Il Dio Pane fu un gran guerriero, ed inventore della Falange, come evidentemente dimoftra Polieno dicendo (11): *Pane fu il Duce di Bacco* (12). *Quefti fu il primo, che inventò l' ordinare un efercito, e nominò la Falange, e inftituì il corno deftro, e finiftro, per quefto motivo fingono Pane che porta le corna.*

Si trova una tefta famofa del Dio Pane in un piccolo vafetto di Plafma di Smeraldo (*), che per la maraviglia rapifce gli occhi degli Spettatori, che non fi può dubitare certamente, che non fia ftato fatto da qualche eccellentiffimo Artefice. Quefto preziofo monumento efifte preffo il Sig. Rendorp di Marquette Borgomaftro d' Amfterdam, Perfonaggio infigne nelle Belle Arti, e Scienze.

HER-

(1) Così Gori Muf. Fior. vol. 2. pag. 25. T. 9. n. 3.

(2) Lib. 2. p. 171. Vedi l' Anthol. lib. 4. cap. 10. n. 82. Epigr. Philodeni in Simulacrum Panos.

(3) In Concil. Deor. vol. 3. n. 4. p. 530.

(4) Anthol. lib. 6. cap. 4.

(5) Plin. lib. 35. cap. 9.

(6) Dialog. 22. Deor. Panis & Mercurii p. 269. vol. 1.

(7) Mythol. lib. 5. cap. 6.

(8) Orph. Hymn. p. 287.

(9) Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 23.

(10) Plauto nel prologo delle Bacchidi v. 25.

(11) Stratag. lib. 1. p. 9. ec. Vedi l' Anonimo de Incredibil. pag. 89.

(12) Quantunque Bacco fia ftato involto nelle Favole, come altre Deità de' Gentili, contuttociò fù uno dei più bravi guerrieri dell' Antichità, come dimoftra Polieno lib. 1. p. 7. e più chiaramente il prudentiffimo Iftorico Arriano di Nicomedia nel lib. 8.

(*) Tav. XVII. N. II.

CII.

HERCULES MUSARUM.

SCYLACIS OPUS,

Ex Sardonyche anaglyph. excalptum.

APUD DOM. TIEPOLIUM PATRIC. SENAT. VENETUM.

H*Ercules, vultu in coelum converso, ut ii solent, qui fidibus canunt, spolia leonis, signum victoriae, super sinistrum humerum imposita, sicuti* exuvium leonis valde gratum illi, *ut inquit Theocritus* (1), *reliquo corpore nudus, gradiens lyram dextra pulsat, ad latus clava, pharetra, & arcus.*

Solertissimarum quidem omnium ac praestantissimarum artium inventrix Graecia, cui semper mos fuit, omnia fere suae Religionis mysteria quasi velis quibusdam multisque simulationum involucris obducere, Graecia, inquam, Herculi in re militari pugnandique virtute maxime strenuo, allegorice profecto Musagetis nomen attribuit, velut Musarum duci, ut patefaceret, literas atque arma quasi cognatione quadam arctissimoque foedere inter se contineri. Hic sane inter Heroas nobilis, ut fert Diodorus Siculus (2), *Thebis educatus fuit.* Hic educatur Hercules, hic instituitur, & in gymnasiis maxime exercitatur. Hic viribus corporis prae omnibus excellens, & praeclara mentis indole percelebris evasit. *Isocrates vero* (3) *inquit: In quem* si iunior incidissem, *scilicet, Herculem*, & prudentia, & literis, & justitia plus antecelluisse superiorum temporum hominibus omnibus, quam robore corporis facile demonstrassem. *De ejusdem tam varia tamque sublimi scientia non abs re erit consulere eruditissimam dissertationem Abbatis de Fontenu* (4). *Mirandum ergo non est, si eum Graeci Romanique velut Musarum ducem venerabantur.*

Ejus memoriae Fulvius Nobilior Templum erexit in Circo Flaminio (5), *facti hujus historiam Eumenio referente* (6): Aedem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia censoria fecit. Non id modo secutus, quod ipse literis, & summi poetae (*Ennium intellige*) amicitia duceretur, sed quod in Graecia cum esset, Imperator acceperat, Herculem Musagetem esse, idest comitem ducemque Musarum idemque primus novem signa, hoc est, omnium Camenarum ex Ambraciensi oppido translata sub tutela fortissimi Numinis consecravit; ut res est, quia mutuis opibus & praemiis juvari ornarique deberent, Musarum quies defensione; Herculis, & virtus Herculis voce Musarum.

Admodum vero probabile est, templum hoc, maxima in aestimatione fuisse; nam plurimis ex aere & marmore signis instructum, tum Etolicorum & Cefallenorum spoliis ditatum, ex quibus praeclarum egit triumphum Fulvius Nobilior, qui praeter innumeras opes, signa aenea ducenta octaginta quinque, signa marmorea ducenta triginta (7) *victor secum detulit. Ex his nonnulla fuisse Musarum simulacra, quibus maxime templum istud ornandum decebat, refert Plinius* (8). *Fastos etiam, quos scripserat, eodem in templo reposuit* (9). *Frequentia prae caeteris templis cele-*

bra-

(1) *Idyl. 24. v. 134.*

(2) *Lib. 4. vol. 1. pag. 255.*

(3) *Orat. ad Philip. p. 179.*

(4) *Memoir. des Inscript. vol. 10. p. 77.*

(5) *Vide Nardini Rom. Antiquit. l. 6. c. 2. p. 333.*

(6) *Paneg. 4. pro instaur. Schol. p. 188.*

(7) *Livius l. 35. c. 5.*

(8) *l. 35. c. 10.* Cum inde Musas Fulvius Nobilior Romam transferret.

(9) *Macrob. Saturn. l. 1. c. 12. p. 305.* Fulvius Nobilior in Fastis, quos in aede Herculis Musarum posuit. *De hujus templi restauratione vide Nardini l. c.*

CII.

ERCOLE MUSAGETE.

OPERA DI SCILACE,

Scolpita in un Cammeo in Sardonica.

PRESSO IL SIG. TIEPOLO PATRIZIO, E SENAT. VENEZIANO.

ERcole, che riguarda in Cielo, come fogliono far quelli, che cantano colla lira; ed in fegno di Vittoria, ha fopra l' omero finiftro la pelle del Leone, ficcome *la fpoglia del Leone li fu molto grata,* come dice Teocrito (1), tutto il reftante del corpo è nudo, ed è in atto di camminare, fonando colla deftra la lira; da una parte è la clava, la faretra, e l' arco.

La Grecia inventrice di tutte le arti più induftriofe, e più eccellenti, la quale ebbe fempre per coftume di coprire fotto il velame di favolofe finzioni la maggior parte de' mifteri della fua Religione; la Grecia, dico, ad Ercole gran guerriero e valorofo li attribuì il nome di Mufagete, come Duce delle Mufe, per dimoftrare, avere una grande unione tra di loro le lettere, e le armi. Quefto infigne Eroe, come narra Diodoro Siculo (2), fu educato a Tebe. *Quì fu educato Ercole, quì fu inftruito, e principalmente efercitato ne' Ginnafi. Quefti fuperò tutti nelle forze del corpo, e diventò famofiffimo per il fuo gran fpirito*. Ifocrate (3) dice. *Se io foffi più giovine, facilmente v' avrei dimoftrato* (Ercole) *aver fuperato tutti gli uomini de' tempi paffati, e molto più nella Prudenza, nelle Lettere, e nella Giuftizia, che per la fortezza del corpo*. Della di lui sì varia, e fublime fcienza conviene di confultare l' eruditiffima differtazione dell' Abate Fontenu (4). Non è adunque maraviglia, fe i Greci, ed i Romani lo venerarono come Duce delle Mufe.

Fu inalzato alla di lui memoria un tempio nel Circo Flamminio (5) da Fulvio Nobiliore, riferendo la Storia di quefto fatto Eumenio (6), dicendo. *Fulvio Nobiliore ereffe nel Circo Flamminio col denaro de' Cenfori un tempio ad Ercole delle Mufe, non folo per effer guidato dal Genio verfo alle Lettere, e dall' amicizia del gran Poeta* (s' intende Ennio), *ma perchè effendo Generale Comandante nella Grecia, aveva intefo adorarfi Ercole Mufagete, cioè compagno, e Duce delle Mufe, e fu il primo che confacrò fotto la tutela del fortiffimo Nume, le nove ftatue, cioè di tutte le Mufe, trafportate da Ambracia; ficcome la cofa richiede di dover giovare ed onorare con fcambievoli ricchezze, e premi; la quiete delle Mufe colla difefa di Ercole, ed il valore di Ercole colla lingua delle Mufe*.

Egli è molto probabile, che quefto tempio foffe in grandiffima reputazione; imperocchè era ornato di molte ftatue di bronzo, e di marmo, e arricchito delle fpoglie degli Etoli, e de' Cefalleni, dei quali ne riportò un preclaro trionfo Fulvio Nobiliore, il quale oltre all' innumerabili ricchezze, che portò feco, *vi furono dugentottantacinque ftatue di bronzo, e dugento trenta di marmo* (7). Tra quefte, narra Plinio (8), ci furono le ftatue delle Mufe, che molto convenivano per adornare principalmente quefto tempio. I Fafti, che egli avea fcritto, li ripofe in quefto tempio (9). Io credo che quefto tempio foffe de' più celebri, e più frequen-

(1) Idyl. 24. v. 134.
(2) Lib. 4. vol. 1. p. 255.
(3) Orat. ad Philippum p. 179.
(4) Memoir. des Infcript. vol. 10. p. 77.
(5) Vedi Nardini Roma Antica lib. 6. cap. 2. p. 333.
(6) Paneg. 4. pro Inftaur. Schol. p. 188.
(7) T. Livio Lib. 35. cap. 5.
(8) Lib. 35. cap. 10. *Avendo Fulvio Nobiliore trafportato a Roma le Mufe*.
(9) Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 12. p. 305. *Fulvio Nobiliore nei Fafti che pofe nel tempio dell' Ercole delle Mufe*. Della reftaurazione di quefto tempio vedi Nardini l. c.

bratum opinor, quoniam in ipſo dies feſtus Muſarum & Herculis agebatur XV. Kal. Iul. (10). *Rationem vero, cur templum hoc Muſis dicatum fuerit, affert Plutarchus* (11) *dicens.* Cur communis fuit ara Herculis, & Muſarum? An quia Evandrum literas docuit Hercules, ut Iuba narrat?

Herculis Muſagetae imago, dextra lyram tangentis, capite leonina pelle cooperto, quae ad humeros deſcendit, ad latus clava, in nummo Pomponii expreſſa adſpicitur cum inſcriptione: Hercules Muſarum (12). *Crediderim cum Stoſch* (13), *Herculem ferre citharam, quod veteres ſuis Numinibus muſica inſtrumenta apponere conſueverint, ut docet Plutarchus* (14). Priſci porro theologi philoſophorum vetuſtiſſimi muſica inſtrumenta in manus deorum imaginibus poſuerunt: non ſane, quod eos lyra, aut cithara ludere putarent; ſed quod nullum Deo convenientius eſſe judicarent, quam conſonantiam & harmoniam. *Hinc muſica etiam Heroes delectabantur, ſicut Achilles* (15), *quam etiam perilluſtris Socrates didicit* (16), *& praeſertim magnus Epaminondas Thebanus, qui, ut refert Cornelius Nepos* (17), eruditus tamen ſic, ut nemo Thebanus magis: nam & citharizare, & cantare ad chordarum ſonum doctus eſt a Dionyſio, qui non minore fuit in muſicis gloria, quam Damon, aut Lamprus, quorum pervulgata ſunt nomina; carmina cantare tibiis ab Olympiodoro.

Plura quidem Herculis Muſagetae monumenta extant. Supereminet vero omnia magna illa ſepulcralis urna, in qua Hercules una cum novem Muſis inſculptum videmus (18). *Clar. Stoſch* (19) *de hujus cammei inciſoris merito haud loquitur; cumque, etſi enixius tentaverim, nullum illius apoſphragiſma habere potuerim, utpote factu difficillimum, judicium ferre de ipſo non poſſum. Haec tamen gemma, prout per literas novi, magnum obtinet pretium.*

AQUI-

(10) *Vid. in hanc rem Grev. Ant. Rom. vol. 8. p. 120. Kalendarium Rom. Herculis & Muſarum; & Kalendar. Iul. Caeſ. p. 159. Herculi & Muſis. Ovidius etiam l. 6. Faſt. ſub finem dicens.*

Annuit Alcides, increpuitque lyram.

(11) *Quaeſt. Roman. quaeſt 59. vol. 1. p. 475.*

(12) *Vide Morelli Theſ. Fam. Rom.*

(13) *Stoſch l. c. p. 82.*

(14) *De anim. procreat. vol. 3. p. 101.*

(15) *Vide in hanc rem de Achille Citharaedo.*

(16) *Plato in Menexen. p. 395. & Diogenes Laert. in vita Socr. p. 72.* Sed & fidibus canere didicit, cum vacaret, minime improbum, ſeu pudendum dicens, quod quiſque neſciat diſcere.

(17) *In vit. Epam. c. 2.*

Cl. Stosch (2) *inquit*. Teucri, admodum antiqui artificis crustarii (ita eos scalptores vocabant, qui vasis argenteis aureisque imagines, aliaque ornamenta, ex diversi generis materia anaglypho opere elaborata, addebant, illigabantque) meminit Plinius (3). *Habuit & Teucer Crustarius famam, subitoque ars haec ita exolevit, ut sola jam vetustate censeatur, usque adeo attritis caelaturis, ne figura discerni possit, auctoritas constet;* An hic idem Teucer Amethystum hunc insculpserit, incertum est.

In hac gemma cernitur Hercules provecta aetate, depositis armis, quasi jam plurimis maximisque laboribus fessus quietem cupiat, saxo instrato Leoninis exuviis insidens, ac ad latus clava est; Ille dextero brachio Omphalem stantem pudibundam, demissis in terram oculis, amplectitur, sinistroque innititur saxo. Visus est autem hic artifex in Reginae formosissimae tenui mollique corpore, exactam muliebrem formam exprimere voluisse, & in Herculis toroso, ac extantibus musculis nervisque robusto corpore virilis fortitudinis specimen exhibere, numeris omnibus absolutum (4).

Difficile admodum est incertumque dijudicare, utrum nostra haec gemma Iolem, an Omphalem exhibeat: sunt enim valde inter se similia virtutis gesta, quibus utraque victrix domitoris monstrorum evasit, sibique illum subiecit; tanta est amoris vis! Maxime autem admonendus, *jure dicebat Tullius* (5), quantus sit furor Amoris. Omnibus ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior. *Quid enim adversus tela facemque Cupidinis prudentia? Quid fortitudo? En Herculem tot monstrorum debellatorem,*

Quem non mille ferae, quem non Stheneleius hostis,
Non potuit Iuno vincere; vincit Amor,

ut eleganter cecinit Ovidius (6). *Sentire tamen non possumus cum Maturantio Statii interpetre, qui* Io-

(1) *Abb. Winkelmann binas Teucri gemmas velut antiquas receusct, nempe Phaunum & Achillem, quas tamen recenter insculptas esse. Vide* Monumenti Antichi Trat. Prelim. *p.* 14. *& p.* 87. *& Tab.* 126. *p.* 167. *& Descript. &c. p.* 240.

(2) *Gem. p.* 92.

(3) *Plin lib.* 33. *cap.* 12.

(4) *Vide Gori Mus. Flor. vol.* 2. *p.* 19. *& Stosch loc. cit.*

(5) *Tusc. l.* 4. *c.* 35.

(6) *Heroid. ep.* 9. *v.* 25.

CXII.

ERCOLE CON ONFALE.

OPERA DI TEUCRO,

Incifa in Amatifta.

NEL MUSEO DEL G. D. DI TOSCANA ARC. D' AUSTR.

QUantunque del famofiffimo Teucro fieno fparfe (1) alcune gemme fregiate del fuo nome; noi però riconofciamo per antichiffima, e come opera genuina di quefto Incifore la gemma, che rappresenta Ercole con Iole, la quale prendiamo a defcrivere. Quefto artefice ha incifo il fuo nome in caratteri eleganti, ornati nella eftremità con i foliti puntini. E' certamente innegabile, che il lavoro di quefta gemma debba annoverarfi tra i più perfetti monumenti dell' Antichità. Nè deve recar maraviglia, che il braccio deftro della Iole fia più forzato, di quello efige la vera, e naturale fituazione: perocchè convenghiamo col peritiffimo ed eccellente artefice Giovanni Pikler, che il braccio della Iole fia ftato recentemente aggiunto, (facilmente per la rottura della pietra) effendo quefto difetto troppo disdicevole a un sì grande, e sì eccellente artefice, quale ficuramente era Teucro. Relativamente poi al tempo, nel quale fiorì, fembra effer vifsuto nel felice tempo delle Belle Arti della Grecia.

Il Chiar. Stofch (2) dice: *Plinio* (3) *fa menzione di Teucro antico artefice Cruftario* (*così fi chiamavano quelli incifori, i quali* in baſſorilievo *da materia lavorata di diverfo genere aggiungevano, ed univano affieme figure, ed altri ornamenti ai vafi di argento, e di oro*). Teucro ebbe gran fama nell' arte Cruftaria: fubito quefta andò così in difufo, che non fi ftima che per la fola antichità, a fegno tale, che confumato l' intaglio, appena fi può diftinguere la figura. *Se fia quefto medefimo Teucro, che ha incifo quefta Amatifta, è incerto.*

Si offerva in quefta gemma Ercole in età provetta, depofte le armi, quafi già ftanco dalle molte, e gravi fatiche, moftra il desìo di ripofare, fedendo fopra di un faffo coperto di pelle di Leone, ed a lato è una clava; col braccio deftro abbraccia Onfale vergognofa, che ftà in piedi cogli occhi fiffi al fuolo, e col finiftro s' appoggia ad un faffo. Sembra, che quefto artefice abbia voluto efprimere nel corpo tenero e delicato di quefta belliffima Regina una perfetta bellezza muliebre, e nel corpo nerboruto, e mufcolofo di Ercole dare un faggio di una fortezza virile, in tutto perfetta (4).

E' affai malagevole il giudicare, fe quefta noftra gemma rapprefenti Iole, ovvero Onfale: Imperocchè le gefta dell' una e dell' altra fono tra loro molto analoghe, con le quali fi refero egualmente vincitrici del Domatore dei moftri, e delle fiere, e fe lo afsoggettarono: tanto può la forza di Amore! Quindi con giufta ragione diceva Tullio (5): *Ma dobbiamo principalmente avvertire, quanto fia veemente il furor di Amore; non vi è certamente la più violenta tra tutte le paffioni dell' animo.* Imperocchè e qual prudenza, qual valore può mai opporfi contro le armi di Cupido, e contro la fua ardente facella? Ercole iftefso, quei, che fu l' efpugnatore di tanti moftri;

Quel, che non vinfer mille fere, e cinto
Fra mille rifchi da Euriſteo, fu invitto,
Quel, che Giuno non vinfe, Amor ha vinto,

come elegantemente cantò Ovidio (6). Non pofso però aderire al fentimento di Maturanzio

 In-

(1) L' Ab. Winkelmann riporta due gemme col nome di Teucro come antiche, cioè il Fauno, e l' Achille. Quefte però fi fa effere ftate recentemente incife. Vedi *Monum. Ant. Trat. Prelim.*. p. 14. e p. 87., e la tav. 126. pag. 167., e la Defcriz. &c. p. 240.

(2) Gem. p. 92.

(3) Plin. l. 33. cap. 12.

(4) Vedi Gori Muf. Flor. vol. 2. p. 19. e Stofch l. c.

(5) Nelle Tufc. l. 4. c. 35.

(6) Epift. Eroich. ep. 9. v. 25.

Jolem cum Omphale confundit (7), *cum omnes prifci fcriptores eas clariffime diftinguant. Et quoniam Omphales Iole celebrior; unde Omphalem judicamus, quam noftra haec gemma praefefert.*

Agemus hic breviter de Omphale, & referemus, quae de ipfa nonnulli antiqui Scriptores enarrant. Apollodorus haec habet (8): Mercurius Herculem vendit eumque Omphale Iardani filia Lycorum regina mercatur. *Deinde afferit, eum, dum ferviret Omphale, multa geffiffe.*

Hyginus tamen dicit (9): Alii autem Herculem effe demonftrant in Lydia apud flumen Sagarim, anguem interficientem, qui & homines quamplures interficiebat. Pro quo facto a Regina Omphale, quae ibi regnabat, multis ornatum muneribus Argos remiffum. *Diodorus Siculus* (10) *diverfe hoc factum enarrat, quod nempe ultro Hercules fe vendiderit, dicens*: Hercules in Afiam cum amicis quibufdam trajecit, & uni ex neceffariis fponte vendendum fe permifit: in fervitutem vero traditus eft Omphale Maenorum (ita, qui nunc Lydi, olim vocabantur) reginae. Hercules fervum agens plurima gefta fecit. *Deinde fequitur*: Omphale autem fortia viri facta, & virtutem admirata, ubi quis effet, & quibus genitus, cognovit, in libertatem vindicatum, thori confortem fecit, & Lamon ex eo fufcepit. *Athenaeus vero* (11) *alterius characteris Omphalem facit, inquiens:* Omphale tyramnidem apud Lydos ufurpavit, & hofpites, & externos omnes, qui cum ea cubarent, trucidabat.

Exploratum fane eft, plerafque antiquas fabulas fuiffe veras prifcorum temporum hiftorias, corruptas quidem atque deformatas a traditionibus; & cum Philofophi atque Poetae, quod in eis deridendum eft, agnoverint, praefertim in fabulis, quae ad Religionem pertinent, eorum nonnulli magna quaedam myfteria per allegorias ad arbitrium effictas ex iis deducere, & alii nugas ludofque agere voluerunt. Hinc etiam nullus ex laudatis fcriptoribus Herculem vilipendit, quod Omphalis amore captus foemineas veftes induerit, & colum ad nendum manibus tenens, fufofque torquens foeminarum artibus fe dederit; At folum perhibent, Herculem venundatum fuiffe, ac Omphale ferviffe (12). *Ludunt quidem nonnulli Poetae fuper hoc factum, & lepidiffimus Lucianus* (13) *de Hercule fermonem faciens, ita fe exprimit*: Verifimile enim eft, alicubi eum te vidiffe pictum, ut fervit Omphalae, habitu induto plane alieno, illam quidem leonina tectam, clavamque manu tenentem, nempe quafi Hercules fit; Ipfum vero in crocoto & purpura, carpentem lanas, & fandalium Omphales percuffum (14). *Ovidius autem inquit* (15).

Ibat odoratis humeros perfufa capillis
Maeonis, aurato confpicienda finu.

Deinde cecinit (16):

Cultibus Alcidem inftruit illa fuis.
Dat tenues tunicas, Gaetulo murice tinctas;
Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.
Ventre minor zona eft, tunicarum vincla relaxat;
Ut poffit vaftas exferuiffe manus.
Fregerat armillas non illa ad brachia factas:
Stringebant magnos vincula parva pedes:
Ipfa capit clavamque gravem fpoliumque leonis;
Conditaque in pharetra tela minora fua.

Alibi

(7) *L. 2. Achilleidos p. 596.* Hercules captus eft amore Ioles Euryti filiae, quam alii Omphalem vocant.

(8) *Bibliotb. l. 2. p. 280. Vide in banc rem Hyginum Fab. 32. p. 11. & Plutarcb. in vit. Thefei p. 4. v. 1.*

(9) *Poet. Aftron. l. 2. p. 65.*

(10) *L. 4. p. 276.*

(11) *L. 12, p. 515. & 516.*

(12) *Sofocles Trachin. v. 255. Tzetze Chil. 2. v. 329. Terent. Eunuc. Act. 5. fc. 8. v. 3.*

(13) *Quomodo Hift. confcr. vol. 2. p. 15. Vide Senec. Hippol. Trag. v. 316.*

(14) *Idem Lucianus ait in Dial. XIII. Deor. p. 237. v. 1. Tertull. de Pallio vol. 2. p. 228. babet:* Ut Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule proftitueretur. *Et p. 229.* Qualis ille Hercules in Serico Omphales fuerit.

(15) *L. 2. Faft. v. 309.*

(16) *Ibid. v. 318. feg.*

Interpetre di Stazio, il qual confonde Iole con Onfale (7), mentre tutti gli antichi ſcrittori le diſtinguono chiaramente tra loro. E ſiccome Onfale è più celebre di Iole, quindi con ragione giudichiamo eſsere Onfale quella, che vediamo eſpreſsa in queſta gemma.

Noi brevemente parleremo di Onfale, e referiremo quello, che ci narrano di lei alcuni antichi Scrittori. Apollodoro dice (8), che *Mercurio vendè Ercole, e lo comprò Onfale figlia di Iardano Regina de' Lidi*. Dipoi afferma, che egli ſervendo Onfale, fece molte Impreſe.

Igino però dice (9): *Ma altri dimoſtrano avere Ercole nella Lidia preſſo il fiume Sagari, ucciſo il ſerpente, il quale ammazzava molti uomini. Per la quale azione, dalla Regina Onfale, che ivi regnava, fu decorato di molti doni, e rimandato ad Argo*. Diodoro Siculo (10) narra differentemente queſto fatto, che egli ſi vendè volontariamente dicendo: *Ercole con certi ſuoi amici ſi traſportò nell' Aſia, e permiſe volontariamente ad uno di queſti eſſer venduto, e fù dato in ſervitù ad Onfale Regina de Meoni (così ſi chiamavano quelli, che ora ſon Lidi). Ercole ſervendo Onfale molte fece molte impreſe*. Dipoi ſeguita: *Ma Onfale avendo ammirato il valore e le grandi impreſe di Ercole, e conoſciuto chi foſſe, e chi l' avea generato, gli reſe la libertà, lo fece del ſuo letto compagno, da cui partorì Lamone*. Ateneo poi (11) fa un carattere di queſta Regina molto diverſo dicendo, che *Onfale tiranneggiava i Lidi, e trucidava gli oſpiti, e tutti i foreſtieri, che giacevano con lei*.

E' certiſſimo, che la maggior parte delle antiche favole non ſono ſtate altra coſa, che la iſtoria de' più antichi tempi corrotta e trasfigurata per la tradizione, e che i Filoſofi, ed i Poeti avendo riconoſciuto il ridicolo di queſte favole, e ſopra tutto quelle, che avevano rapporto alla Religione; alcuni vollero trovarvi dei gran miſteri a forza di allegorìe, che loro capricciofamente inventarono; e altri ſcherzarono. Quindi ancora neſſuno di queſti Scrittori avviliſce Ercole, perchè rapito dall' amore della ſua bella Onfale veſtiva gli abiti femminili, e ſi eſercitava nelle arti donneſche, riducendoſi con la canocchia, e il fuſo infino a filare; ma ſolamente hanno detto, che fu venduto, e che ſervì a Onfale (12). Scherzano invero alcuni poeti ſu queſto fatto, e il lepidiſſimo Luciano (13) così s' eſprime, parlando Ercole: *Imperocchè è veriſimile, che tu ſia ſtato veduto in qualche luogo dipinto con altro abito ſervire a Onfale, ed ella coperta con la pelle di Leone, tenendo in mano la clava, quaſi foſſe Ercole; Egli poi veſtito da donna con veſte gialla e porpora, cardare le lane, e percoſſo dal ſandalo di Onfale* (14). Ovidio poi dice (15):

Avea Onfale quella di Lidia dati
Giù per le ſpalle i bei dorati crini,
Ch' erano ſparſi di ſoavi odori.

Dipoi cantò (16):

Onfale veſte Alcide dei ſuoi panni,
E dagli prima la purpurea veſte,
La quale biſognò ſciorre d' intorno,
Perchè le ſpalle d' Ercole eran troppo
Più larghe; gli dà poſcia la cintura,
Ch' appena puote cinger quel gran corpo,
E tolti dalle ſue, mette alle braccia
D' Ercole, delle ſue molto maggiori,
I bei cerchietti d' oro; dopo queſto
Ella tolſe per ſe la grave mazza.
L' orrida pelle del Lione, e l' arco,
E la faretra con gli acuti ſtrali.

Al-

(7) L. 2. Achilleidos p. 596. *Ercole fu vinto dall' Amore di Iole figlia di Eurito, che altri chiamano Onfale*.

(8) Bibl. l. 2. p. 280. Vedì a queſto propoſito Igin. Fab. 32. p. 11. e Plutarco nella vita di Teſeo pag. 4. vol. 1.

(9) Poet. Aſtron. l. 2. p. 65.

(10) L. 4. p. 276.

(11) L. 12. p. 515. e 516.

(12) Sofocle Trachin. v. 255. Tzetze chil. 2. v. 329. Terenzio Eunuc. Atto 5. ſc. 8. v. 3.

(13) Quomodo Hiſt. conſcr. vol. 2. p. 15. Vedi Seneca Ippol. Trag. v. 316.

(14) Il medeſimo Luciano nel Dial. XIII. Deor. p. 237. vol. 1. Tertull. de Pallio vol. 2. p. 228. così parla: *ſiccome Ercole ſi proſtituì con Onfale, ed Onfale con Ercole*. E p. 229. *Qual foſſe quell' Ercole ſotto le veſti di Onfale*.

(15) Ovid. Faſt. l. 2. v. 309.

(16) Ivi v. 318. ſeg.

Alibi vero ipsemet Poeta Herculem, fortitudinis Heroem, vilem reddit (17) *dicens:*

Una, recens nobis, praefertur adultera nobis;
Unde ego sum Lydo facta noverca Lamo.
Meandros, toties qui terris errat in isdem,
Qui lassas in se, saepe retorquet aquas:
Vidit in Herculeo suspensa monilia collo;
Ille, cui coelum sarcina parva fuit.
Non puduit fortes auro cohibere lacertos,
Et solidis gemmas adposuisse toris.
Nempe sub his animam pestis Nemeea lacertis
Edidit: unde humerus tegmina laevus habet.
Ausus es hirsutos mitra redimire capillos:
Aptior Herculeae populus alba comae;
Nec te Maeonia, lascivae more puellae,
Incingi zona dedecuisse putas?
Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,
Efferus humana qui dape pavit aquas?
Si te vidisset cultu Busiris in isto,
Huic victor victo nempe pudendus eras.
Detrahat Antaeus duro redimicula collo,
Ne pigeat molli succubuisse viro,
Inter Ionicas calathum tenuisse puellas
Diceris; & Dominae pertimuisse minas.
Non fugis, Alcide, victricem mille laborum
Rasilibus calathis imposuisse manus?
Crederis, infelix, scuticae tremefactus habenis,
Ante pedes dominae procubuisse tuae.

Apposite Gemini Epigramma (18):

Alcide, quo clava tibi, telisque pharetra
Dives & e Nemea raptus amictus abit?
Fastus ubi? quis te tam tristi fronte figurat?
Lysippus. Paret multus in aere dolor.
Arma tibi maeres detracta? Quis abstulit illa?
Unum certamen, sed grave praepes Amor.

At perspicue deprehenditur, id omne fabulam esse, veramque historiam narrat Palephatus (19): Huic servisse Herculem, inepta fabula est, cum & illi, & omnibus, quae aderant, potuisset dominari. Omphale filia erat Iardani Lydorum Regis; quae audito Herculis robore, & viribus, ejus se amore captam prodidit. Hercules postquam accessisset, similiter eam deperiit, filiumque ex illa suscepit Laomedem. Ea propter plurimum ejus amoribus oblectatus, omnia capessere, quaecumque Omphale imponeret, atque hinc servitium colligere stolidi homines atque vesani.

In perantiquo Mosaico Capitolino, ni fallor, opere Hercules ad infimam usque corporis partem missis vestibus nudus, in extrema corporis parte cyclade imbelli contectus, nens digitis stamina ac torquens aspicitur. Bini hinc atque hinc ad ejus pedes exigui circumstant Cupidines, alius, qui fune vincit leonem, alter, qui fistulam inflat, sibi fortitudinis Heroem plaudens subegisse; adeo verum est, quod omnia vincit Amor.

SPHINX

(17) *Ovidius Herpid. ep. 9. v. 53. seqq.*
(18) *Antlol. l. 4. c. 8,*
(19) *N. 45. p. 55.*

Altrove poi lo ſteſſo Poeta avviliſce Ercole, l'Eroe della fortezza dicendo (17):

D' una adultera ſol vo dirti; ond' io
Son fatta a Lamo ſuo figliol, matrigna,
Per cui già vide il bel Meandro, ch' erra
Nelle medeſme terre, e l' onde iſteſſe
In ſe ſteſſo ritorce (ahi laſſa, dico)
Vide i monili a quell' Erculeo collo,
A cui piccola già fu ſoma il cielo,
Non ti parve vergogna aver d' intorno
Le perle, e l' oro alle gagliarde braccia,
Che torſer l' alma al gran Leon Nemeo,
Di cui la ſpoglia al manco omero pende?
Ardiſti mai di ornar l' irſute chiome
Di naſtri e frange? O quant' aſſai più degni
Erano i capei tuoi del bianco pioppo;
Oh non ti vergognaſti, (oimè!) che biaſmo
Ti foſſe, a guiſa di laſciva putta
Cingerti il femminil Meonio cinto?
Non ti torn' egli a mente unqua l' imago
Del crudo e fiero Diomede, il quale
D' umana carne i ſuoi cavai paſceva?
Se de l' Egitto il gran tiranno aveſſe
Vistoti in sì laſcivo abito, e molle
Gli fora ſtato aſſai vergogna e ſcorno
D' eſſer ſtato prigion d' uomo sì vile,
E tolto avria dal duro collo Anteo.
Le faſce femminili, e i cerchi d' oro
Per non averſi a pentir mai d' avere
Ceduto ad uomo effemminato e infermo.
La fama è quà, che tu portaſti il ceſto
Tra le fanciulle Ionie, e le minaccie
Temeſti già della tua bella donna.
Ahi non ti guardi Alcide? Ahi non t' aſtieni
Di metter entro a' lor caneſtri quella
Di mille impreſe già vittrice mano?
E qual femmina vil, tremando fili,
Et a la bella tua Signora rendi
Del tuo filato (o gran vergogna) il peſo?
Ahi quante volte, ahi quante volte, mentre
Torci lo ſtame con le dita dure
Le man robuſte hanno ſpezzato i fuſi.
Anzi ſi crede, o poverello Alcide,
Che dalla sferza sbigottito, a' piedi
De la tua donna paventaſſe l' ire.

E' a queſto propoſito l' Epigramma di Gemino (18):

Alcide e dove è mai la clava? e dove
La faretra di frecce e d' armi onusta?
E dove del Nemeo Leon la ſpoglia?
Il tuo fasto dov' è? Chi mai ti eſpreſſe
Con quella sì meſta fronte, Liſippo?
Aſſai quel bronzo il grave duol preſenta
Ti lagni, perchè l' armi a te fur tolte?
Ma chi a te l' involò? Cupido alato
In fiero sì, ma in un ſolo conflitto.

Ma ſi comprende chiaramente, che tutto ciò è una favola, e che la vera iſtoria è quella, che narra Palefato (19): *E' una ſciocca favola, che Ercole abbia ſervito a questa* (Onfale), *avendo potuto, e dominare quella, e tutti coloro, che ſi trovavano. Onfale era figlia di Iardano Re dei Lidi: la quale udito il vigore e le forze di Ercole, ſi dichiarò ſua amante. Ercole dopo che ſi accoſtò a lei, ſimilmente s' innamorò ardentemente di Lei, e ne ebbe il figlio Laomede. Laonde dilettatoſi moltiſſimo de uoi amori, tutto ciò eſeguiva, che gli era imposto da Onfale; donde gli uomini ſciocchi, e stolti deduſero la di lui ſervitù.*

In un antichiſſimo Moſaico eſiſtente nel Campidoglio, ſe non m' inganno, ſi vede un Ercole nudo fino all' infima parte del ſuo corpo, coperto nel reſto di una gonna femminile in atto di filare. Due Amorini ſtanno a' ſuoi piedi, uno, che lega un Leone, e l' altro, che ſuona la zampogna, applaudendo d' avere reſo a ſe ſoggetto l' Eroe della fortezza iſteſſa: Il che fa chiaramente comprendere, quanto ſia vero, che *Amore il tutto vince.*

SFIN-

(17) Heroid. ep. 9. v. 53. ſeg.
(18) L. 4. c. 8.
(19) N. 45. p. 55.

CXIII.

S P H I N X.

T A M Y R I D I S O P U S,

Carneolae incisum.

EX MUSEO IOSEPHI II. IMP. (1)

SI dubitavit Stosch de Teucro marmorum crustario, eumdem scilicet fuisse opificem gemmae Herculis cum Omphale, ut observavimus (2), *a vero prorsus abesse mihi videtur, quod de Thamyride Sphingis opifice, conjecturarum ope pronunciat* (3), *eumdem nimirum esse ac Thamyridem, quem vascularium fuisse novimus. Nulla enim inter figularium & scalptorem gemmarum adest relatio. Atque hic eo vel maxime, quod V. C. minus sibi constare videtur, ut ex his, quae sequuntur, conjici potest.* Expressit sane Artifex conceptum in Sphyngis vultu dolorem elegantissime, Dioscoridis, ut videtur, coaevus, sive discipulus, licet eo longe inferior in lineamentis imaginis ducendis concinnandisque; ob diligentiam tamen, qua expansas alas, magnitudinis corporis respondentes, sedula consummatae artis opera repraesentaverit, laudandus, cum Tryphon, Solon, aliique Scalptores summi, minores, quam symmetria exigebat, alas effecerint.

Iam vero fieri nequit, ut mihi suadeam, Thamyridem Dioscoridi coaevum, vel eiusdem discipulum fuisse: neque enim scalpturae artem, nec illius formam temporis haec gemma praesefert, nec Dioscoridis vestigia sectatur; Gemma corona exornatur, ut perantiquis Etruscis Scalptoribus mos fuit, quemadmodum animadvertit pluries laudatus celeberrimus Ioa. Pikler, qui Graecum-Etruscum hunc opificem censuit. Crediderim propterea, Thamyridem nostrae gemmae scalptorem postremis temporibus, quibus insignis & immortalis Etrusca natio floruit, eum vixisse.

Quod vero asserit, tum Tryphonem, tum Solonem, tum alios summos scalptores suis Cupidinibus minores addidisse alas, quam symmetria exigat, illud est, quod minus rectum existimo. Quis enim non sentiat, vel unica eorumdem operum inspectione; quod si maiores, quam exhibent, alas haberent, vel ipsam excederent figurae magnitudinem, proindeque deformes, & proportionis legibus contrariae evasissent?

Mihi tandem huius gemmae opifex in arte scalpendi minus excellens videtur, & Sphingis vultus nimis productus, nullamque pulcherrimae virginis exhibet formam, ita ut, facile dici nequitur Dioscoridis discipulus, aut ejusdem coaevus.

Sed ad gemmae descriptionem accedamus. Sphingem gemma praesefert, corpus leonis habentem, faciem puellae, alis, avium instar, ornatam, caput integrum deflectit, quasi gravi exagitata dolore, sinistro pede scabit.

Si quid obscuri se habet profecto Sphinx (4), *longe magis ex his, quae de Sphinge Scriptorum plerique prodiderunt, obscurum evadit. Eorum nonnulli Sphingem* (5) *inter animalia recensent,* si-

(1) *Ita Winkelmann p. 320.*

(2) *Vol. 2. Gem. CXII. p.*

(3) *Gemm. p. 92.*

(4) *Cur ita dicta sit. Vide eruditiss. Sam. Bochart Phal. c. 16, l. 1. vol. 2. p. 470.*

(5) *Plin. l. 8. c. 21. & l. 10. c. 72. Strabo l. 16 p. 560. vol. 2.* Gignuntur Sphynges, Cynocephali & Cepi *Diod. Sicul. l. 3. p. 200, v. 1,* ait, Sphynges circa Troglodyticam & Aethiopiam existunt. *Aelian. Hist. Anim. l. 16. c. 15 Animalibus ingenio & prudentia pollentibus accenset* Elephantum, Psittacum, Sphinges. *Agatarchides apud Photium c. 38. p. 1362.* Sphinges, *ait*, & Cynocephali, & Cepi Alexandriam ex Troglodytarum solo & caetera Aethiopia trasmittuntur. Sphinges iis, quae a pictoribus adumbrantur consimiles, nisi quod totae hirsutae, lenes & placidos animos habent. Plurimum eis versutiae inest ideo-

CXIII.

S F I N G E.

OPERA DI TAMIRI,

Incifa in Corniola.

NEL MUSEO DI GIUSEPPE II. IMPERATORE (1).

SE dubitò Stofch, che Teucro, l'Incroftatore di marmi, fofse l'artefice della gemma di Ercole con Omfale, come abbiamo ofservato (2), è totalmente inverifimile la fua congettura, che Tamiri l'artefice della Sfinge fia lo ftefso, che il lavoratore di vafi (di creta) (3), non avendo veruna relazione un lavoratore di vafi con un' incifore di gemme. E tanto più, che il chiariffimo Autore fembra poco a fe ftefso concorde, come può dedurfi da ciò, che dice di quefto incifore nel luogo citato. *L' Artefice di quefta Sfinge ha certamente efpreffo nel fuo volto il dolore con sì grande eleganza, che fembra coetaneo a Diofcoride, o fuo difcepolo, febbene molto a lui inferiore nel difegnare, e adornare una figura; contuttociò per la diligenza, con la quale ha rappresentato le ale diftefe, corrifpondenti alla grandezza del corpo, e con poffeffo dell' arte la più perfetta, per quefto è degno di lode, mentre, e Trifone, e Solone, e gli altri infigni Incifori hanno efpreffo le ale più piccole di quello che richiedeva la fimmetria.*

Primieramente non pofso invero perfuadermi, che Tamiri fia ftato coetaneo a Diofcoride, ovvero fuo difcepolo: Imperocchè non corrifponde quefta gemma al fare di quel tempo, nè all' arte, che era allora in vigore, nè feguita le veftigia di Diofcoride; la gemma è ornata di una corona, fecondo il coftume degli Antichi Etrufchi Incifori, come ofserva il più volte lodato celebre Giovanni Pikler, il quale giudica quefto artefice Greco-Etrufco. Crederei perciò, che Tamiri incifore della noftra gemma vivefse negli ultimi tempi, nei quali fioriva quefta illuftre nazione.

E' dipoi falfiffimo, che Trifone, Solone, e gli altri eccellenti incifori abbiano a' fuoi Cupidi fatte le ale più piccole della dovuta fimmetria. E chi non fi accorge al primo fguardo delle loro opere, che fe aveffero fatte le ale maggiori, di quello rapprefentano, eccederebbero la grandezza della loro ftatura, e confeguentemente comparirebbero moftruofe, e onninamente contrarie alle leggi della natural proporzione?

Finalmente l'artefice di quefta gemma fembrami poco efperto nell' arte dell' incidere in gemme, e il volto della sfinge è troppo lungo, e non prefenta la forma di quefta belliffima Vergine; dimodochè facilmente non può dirfi difcepolo di Diofcoride, o fuo coetaneo.

Ma venghiamo alla defcrizione della noftra gemma. Quefta rapprefenta la Sfinge, che ha il corpo di leone, il volto di donzella, adorna come gli uccelli di ale, piega indietro la tefta, che fi gratta col piede finiftro, quafi efprimendo il grave dolore, che l'agita.

Se la Sfinge (4) per fe fteffa è un arcano, molto più ofcura diviene, fe fi vuol rintracciarne l'iftoria appreffo gli Scrittori. Alcuni di quefti (5) le annoverano tra gli animali, e

(1) Così Winkelmann Defcription &c. p. 320.

(2) Vol. 2. Gem. CXII. p.

(3) Gem. p. 92.

(4) Perchè è ftata così detta, vedi l'eruditiffimo Bochart Phal. l. 1. c. 16. vol. 2. p. 470.

(5) Plin. l. 8. c. 21., e l. 10. c. 72. Strab. l. 16. p. 560. vol. 2. *Si generano le Sfinge, i Cinocefali, e i Cepi*. Diod. Sic. l. 3. p. 200. vol. 1. dice: *Le Sfinge fi trovano tra la Troglodite, e l' Etiopia*. Eliano Hift. Anim. l. 16. c. 15. tra gli animali dotati d' ingegno e di prudenza annovera *l' Elefante*, il *Pappagallo*, e le *Sfinge*. Agatarchide preffo Fozio c. 38. p. 1362. *La sfinge*, ei dice, *e i cinocefali, e i cepi fi portano in Aleffandria dal fuolo de' Trogloditi, e dal reftante della Etiopia. Le sfinge fono confimili a quelle che dipingono i pittori, fe non che fon tutte irfute, ed hanno gli animi piacevoli e placidi. Sono molte aftute, e perciò giungano*

ſimiorumque ſpeciem dicit Solinus (6): Inter ſimias, *ait*, habentur & Sphinges, villoſae comis, mammis prominulis ac profundis, dociles ad feritatis oblivionem. *Maxime vero Philoſtorgius* (7) *ut ocularis teſtis, perſpicue accurateque Sphingem animal eſſe demonſtrat, atque deſcribit*. Sed & Sphinx, *inquit*, Simiae genus eſt: id enim teſtor, quod ipſe vidi, cujus reliquum quidem corpus hirſutum eſt, ſicut caeteris ſimiis: pectus vero ad cervicem uſque glabrum eſt, mammas vero habet mulieris; totumque corpus, qua nudum eſt, rubra quaedam milii ſpeciem referens eminentia, in orbem circuit, & humano colori cutis, quae in medio eſt, plurimum gratiae & decoris affert. Facies vero rotunda, & ad muliebrem formam accedit. Vox humanae ferme ſimilis, niſi quod minime eſt articulata, ſed velut mulieris cujuſdam, celeriter, & cum ira ac dolore quodam verba minime diſtincta proferentis; gravis porro eſt magis, quam acuta. Caeterum hoc animal ferum admodum eſt & vafrum, nec facile manſueſcit; *contra id quod Solinus aſſerit, ut mox vidimus*.

En autem, quid de hujus animalis fabula ſcriptores tradunt. Et primo ab Apollodoro (8); Iuno, *ait*, Sphingem ex Echidna, & Typhone parentibus ortam immiſit (*ſcilicet contra Thebas*). Haec muliebri facie, pectore, pedibuſque, ac cauda leonis, & avis pennis praedita fuit (9). Quae, cum a Muſis aenigmata didiciſſet, in Phyceo monte conſedit: de quibus id unum Thebanis proponere ſolebat, quod eſt hujuſmodi: *Quodnam eſſet id animal, quod unam habet vocem, & quadrupes, bipes, & demum tripes, efficitur*. Ad haec Thebanis oraculo (*Apollinis*) renunciatum fuerat, jam tum Sphingis incommodo ac detrimento liberos fore, quando id aenigmatum ſolviſſent. Quin etiam univerſos, quid illud eſſet, rogabat, quod, cum minime reperirent, abreptum ex omnibus unum devorabat, eaque de cauſa plerique ſubinde peribant. Ac poſtremo ad eum Aemone Creontis filio perempto, Creon aenigma hujuſmodi ſoluturo, & regnum, & Laii uxorem ſe traditurum praeconis voce renuntiari jubet. Quod ubi ad Oedipi aures pervenit, ipſe ita ſolvit, quod a Sphinge proponitur, aenigma, Hominem eſſe ait: naſcitur enim quadrupes infans, quod quatuor gradiatur membris; grandior autem effectus, homo bipes eſſe incipit; ſeneſcens vero, ac demum tertio aſſumpto pede, ideſt ſcipione, tripes dici ſolet (10). Ipſa igitur Sphinx ex arce ſe praecipitem dedit. Oedipus inde regnum accepit &c.

Hinc abſtruſas quidem res & aenigmata, & merito quidem, ſub ſphinge veteres indigitaſſe, nemo ignorat. Quare Cicero (11) *inquit* Hortenſio Oratori, qui accepta mercedis loco a Verre ſphinge aurea, ſibi obſcurius aliquid dicenti ſe aenigmatum ſolvendorum imperitum eſſe aiebat, reſpondit: Atqui ſphingem domi habes (12).

Iam

ideoque ad aliquam, doctrinae compendio, ſcientiam perducuntur, concinnitatem in omnibus, quam ſervant, non abs re quis admiretur. *Pomponius Mela l.* 3 *c.* 10. *Plutar. vol.* 2. *Brut. animal. p.* 81. *inter animalia fabuloſa enumerat* Sphinges, Minotauros, Centauros. *Philemon ap. Athaene. l.* 14. *p.* 659. *Sphingem marem exiſtere affirmat*.

(6) *Pol. c.* 30.

(7) *Hiſt. Eccl. l.* 3. *c.* 11. *p.* 483.

(8) *Biblioth. l.* 3. *p.* 290. *vide Diodorum Siculum lib.* 4. *vol.* 1. *p.* 308. *Hygin. fab.* 77. *p.* 16. *Sophocl. in Oedip. Tyran. v.* 400. *& ſeqq. &* 1531. *& ſeqq. Eurip. in Phoen. v.* 48. *ſeqq. Athaen. Deipn. l.* 6. *p.* 253. *& praeſertim Pauſanias l.* 9. *c.* 26., *qui triplicem affert ſententiam de fabuloſo huiuſmodi monſtro*.

(9) *Sic ab Auſonio deſcribitur in Grypho Edyll.* 11. *v.* 40.

> Terruit Aoniam volucris, leo, virgo triformis
> Sphinx: volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Nec non ab Euripide in Phoeniſ. v. 814.

(10) *Egregie Euripid. hanc fabulam exponit in Phoeniſ. argumentum*.

> Hoc aenigma hominem ſignat, qui primus in auras
> Ut venit, greſſus avidus veſtigia ponit
> Quatuor in terram, manibus pedibuſque tenellis;
> Auctior & membris cum ſit vigor, arduus ille
> Incedit pedibus, ſed tandem urgente ſenecta
> Innixus baculo triplici pede tardior ibit.

(11) *Ap. Plutarch. in Apophthegm. Roman. vol.* 1. *p* 368. *Idem ait etiam Plinius l.* 34. *cap.* 8.

(12) *Lepidum quid Athaeneus refert lib.* 13. *pag.* 558.,

quod

Solino la dice una specie di Scimmia (6): *Tra le scimmie*, sono sue parole, *si debbono numerare ancora le sfinge, pelose nelle chiome, con le mammelle alquanto prominenti, e profonde, docili fino ad obliare la natural sua fierezza.* E Filostorgio particolarmente (7), come testimonio oculare, dimostra chiaramente, e con accuratezza, che la sfinge è un animale, e così la descrive: *Ma ancor la sfinge è una specie di scimmia: affermo ciò, che io stesso ho veduto. Il restante del suo corpo certamente è irsuto, come le altre scimmie; il petto poi fino al collo è senza peli; ed ha le mammelle simili a quelle delle donne. Tutto il corpo in quella parte, dove è nudo, lo circonda in giro certo rosso che si vede, simile ad una specie di miglio, e la pelle, che è nel mezzo, simile al colore umano, gli dà molta grazia, ed ornamento. Il volto è tondo, e molto si assomiglia a quello di donna. La voce è quasi somigliante all' umana, senonchè non è articolata, ma come quella di una donna, la quale con sdegno, e dolore velocemente proferisce le parole non distinte e chiare; Ma è certamente la voce più grave, che acuta. Peraltro questo animale è molto feroce, e astuto, nè così facilmente si addomestica;* contro quello, che asserisce Solino, come sopra abbiamo veduto.

Ecco poi ciò, che riportano gli autori della favola di questo animale, nella quale ci farà scorta Apollodoro (8): *Giunone mandò* (contro Tebe) *la sfinge nata da Echinna, e Tifone. Questa aveva il volto muliebre, ma il petto, i piedi, e la coda di leone, ed era adorna di ale di uccello* (9). *Avendo essa appreso, gli enimmi dalle muse, andò ad abitare nel monte Ficeo. Di questi enimmi il solo, che era solita proporre ai Tebani, è il seguente:* Qual fosse quell' animale, che ha la voce unisona, e che ora ha quattro piedi, or due, or tre. *Dai Tebani consultato l' oracolo* (di Apollo) *dal medesimo fu loro risposto, che allora sarebbero restati liberi dalle calamità, e danni della sfinge, quando avessero sciolto l' enimma da lei proposto: anzi ancora questo mostro interrogava tutti per saper cosa fosse questo enimma, il quale non ritrovandolo, trattone uno a forza, lo divorava: perciò la maggior parte periva. E finalmente avendo in quel modo incontrato la morte anche Emone figlio di Creonte, questi fece pubblicare da un banditore, che a chiunque avesse sciolto l' enimma, avrebbe dato in premio e il regno, e la moglie di Laio. Giunta la notizia alle orecchie di Edipo, egli così sciolse l' enimma proposto dalla sfinge, dicendo esser l' uomo. Egli nasce fanciullo con quattro piedi, perchè fanciullo cammina con quattro membra; fatto poi più grande, comincia l' uomo ad essere bipede; giunto finalmente alla vecchiezza, prende il terzo piede, cioè il bastone, e allora può dirsi tripede* (10). *Vinta così la sfinge si precipitò giù dalla rupe; Edipo entrò in possesso del regno &c.*

Quindi con ragione gli antichi, come ognun sa, simboleggiavano sotto la sfinge le cose astruse, e gli enimmi. Laonde Cicerone (11) disse *a Ortensio Oratore, il quale avendo ricevuto da Verre per mercède la Sfinge d' oro, dichiaravasi inesperto nello sciogliere gli enimmi, qualora occorrevagli nel perorare di qualche cosa di oscuro, gli rispose: eppure tu hai in casa la sfinge.*

gano ad una qualche scienza di compendiosa dottrina, ed ognuno giustamente ammirerà la galanteria, che osservano in tutte le loro operazioni. Pomponio Mela l. 3. c. 10. Plutarco vol. 2. Brut. Animal. p. 81. numera tra gli animali favolosi le *sfinge*, i *minotauri*, ed i *centauri*. Filemone presso Aten. l. 14. p. 659. asserisce, che si da ancora la sfinge maschia.

(6) Pol. c. 30.

(7) Hist. Eccl. l. 3. c. 11. p. 483.

(8) Bibliot. l. 3. p. 290. Vedi Diodoro Siculo lib. 4. vol. 1. p. 308. Igino fav. 77. p. 16. Sofocle in Oedip. Tyrann. v. 400. e seg. e 1531. e seg. Euripide in Phoenis. v. 48. e seg. Ateneo Deipn. l. 6. p. 253. e specialmente Pausania l. 9. c. 26., il quale riporta tre sentimenti di questo favoloso mostro.

(9) Così si descrive da Ausonio Gryph. Edil. 11. v. 40.

All' Aonie pendici atro spavento
Portò la sfinge di triforme aspetto,
Mostrando nel volar d' augello il petto,
Ne' piedi un fier leone a preda intento;
Ma nella fronte poi, e vaga, e bella
Mostrò l' immago di gentil donzella.

Ed ancora da Euripide in Phoenis. v. 814.

(10) Euripide egregiamente descrive questa favola nell' argomento delle Fenisse:

Questo enimma l' uom denota e mostra
Quando fanciul nell' età prima il passo
Di mover tenta per la via con quattro
Piedi, carpone con le mani insieme
E le ginocchia camminando, e quando
Prendon forza maggior le membra sue,
Ritto cammina, con sicure, e ferme
Orme, ed entrando nella stanca e vecchia
Etade, con tre piedi ad un bastone
Appoggiato cammina a lento passo.

(11) App. Plutarco negli Apoteg. di Cicer. vol. 1. p. 368. Lo stesso dice ancora Plinio l. 34. cap. 8.

(12) E' cosa faceta quella che Ateneo riferisce nel l. 13. p. 558.

Iam vero Oedipo Thebano dumtaxat nodoſum ſolvere aenigma datum fuit, ut ex pervetuſta ſphinge eruitur, cui haec inſcriptio : ΜΟΝΩ. ΟΙΔΙΠΟΔΙ. Solo Oedipo (13). *Nec aliud ſane illa moeroris atque triſtitiae vis ab Artifice in ſphingis aſpecta tam vivide expreſſa deſignat, quam inextricabilis ſolutionem arcani ab Oedipo factam: quaeque ideo ingenti affecta dolore, praecipitem e rupe ſe dedit.*

Sphingem Graeci triformem repraeſentant, ut vidimus, quam tamen Aegyptii, teſte Aeliano (14), *biformem exhibuerunt :* Sphingem quoque, *inquit*, Aegyptii, qui ſculpturam exercent, & Thebanae fabulae duplici natura egregie adornantes, biformem nobis conantur repraeſentare, ipſam ex corpore virginis & leonis compoſitam celebrantes : *Duplicem quoque ſexum ſphingi dederunt Aegyptii, ut refert Herodotus* (15). *Scriptores vero alii ſphingem, ut fortitudinis atque induſtriae ſymbolum deſignant* (16), *ſed illi vultum hominis tribuunt. Alii ſilentii prudentiaeque ſymbolum dicunt* (17), *ut ſcilicet, qui Deorum templa oraturi ingrediebantur, intelligerent, ſe tacite atque ſecreto preces ad Deos mittere, nec Deorum myſteria patefacerent, ſcientes eadem ſub his ſignis celari; ideoque, ut ait Plutarchus* (18), *de Aegyptiis*, quod ſane ipſi declarant, ante Templa ſphinges plerumque collocantes, quo innuunt ſuarum rerum ſacrarum doctrinam conſtare perplexa, & ſub involucris latente ſapientia. *Iure ergo meritoque ex tam praeclaris ſphingis caracteribus inferre poſſum, Caeſarem Auguſtum ad obſignandum ſphingis imaginem adhibuiſſe* (19), *ut principum arcana impenetrabilia eſſe oſtenderet.*

Non defuerunt tamen, qui ſphingem ignorantiae ſymbolum dixerunt, inter quos clare loquitur Cebetes (20)*:* Eſt enim, expoſitio ſphingis ambagibus ſimilis, quas illa hominibus proponebat; nam qui intellexerat, manebat incolumis; qui non aſſecutus erat, a ſphinge occidebatur. Eadem eſt & enarrationis hujus ratio: Nam amentia ſphinx eſt hominibus. Obſcure autem & haec innuit, quid in vita ſit bonum, quid malum, quid neque bonum neque malum. Quae qui non intelligit, ab ea non ſemel interit, ut is, qui a ſphinge devorabatur. *Diogenes hanc ſententiam confirmat apud Dionem Chryſoſtomum* (21) : At ego audivi quemdam, qui diceret ſphingem inſcitiam. Illa quidem & antea perdidit Boeotos, & modo eos nihil ſinit noſſe, utpote hominum indoctiſſimos. *Et Alciatus* (22) *cecinit :*

Quid monſtrum id? Sphinx eſt; cur candida virginis ora,
Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem aſſumpſit rerum ignorantia : tanti
Scilicet eſt triplex cauſa & origo mali.
Sunt quos ingenium leve, ſunt quos blanda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda ſuperba rudes.

Tanta opinionum varietas ſatis oſtendit, quam jure dixerimus, nihil fortaſſe prae ſphinge obſcurum
eſſe

quod Poeta Anaxilas olim pronunciavit, nempe :
Thebanam Sphingem omnes vocare meretrices poſſumus,
Quae aperte nihil loquuntur, ſed ambagibus quibuſdam,
Amare ſe, diligere, animo libenti congredi &c.

(13) *Montfauc. Suppl. Antiq. vol. 2. tab. 42. p. 165.*

(14) *Hiſt. Animal. l. 12. c. 7. Vid. Diod. Sicul. l. 4. p. 308.*

(15) *L. 2. p. 250.* Immanes Androſphinges.

(16) *Clem. Alexan. Strom. l. 5. vol. 2. pag. 671.* Roboris autem rurſus cum ingenii ſolertia, Sphinx, quae totum quidem corpus habet leonis, faciem autem hominis. *Et ab Eurip. in Phoeniſ. v. 48. Sphinx nuncupatur* ſapiens virgo.

(17) *Sineſius orat. de Regno p. 7. ait de Sphinge :* quae, qua parte beſtia eſt, robur, qua vero parte homo eſt, prudentiam ſignificat.

(18) *De Iſid. & Oſirid. vol. 2. p. 134. Idem Clem. Alex. aſſerit Strom l. 5. vol. 2. p. 664.* Aegyptii ante templa ponunt Sphinges, quia doctrina, quae de Deo eſt, aenigmatica eſt, & obſcura. *Vid. Syneſ. l. c.*

(19) *Vide Sueton. in Auguſt. c. 50. & notas.*

(20) *Tab. Cebet. p. 56.*

(21) *Orat. 10. de Servis p. 74.*

(22) *Embl. 87.*

Al solo Edipo Tebano fu riserbato lo sciogliere il difficile enimma, come si deduce da una antica sfinge, a cui è apposta questa iscrizione ΜΟΝΩ. ΟΙΔΙΠΟΔΙ. *Solo Oedipo*. Al solo Edipo (13). Nè altro certamente denota quel dolore, e tristezza nel volto della sfinge così al vivo espressa dall' artefice, senonchè lo sviluppo dell' arcano fatto da Edipo, e per il quale da grave dolore trasportata si precipitò dalla rupe.

I Greci rappresentano la sfinge triforme, come abbiam veduto, la quale però gli Egizziani, al dir di Eliano (14), la espressero biforme: *Gli Egizziani*, dice Eliano, *i quali esercitano la scultura, egregiamente esprimendo con due nature la Favola Tebana, si sforzano di rappresentarcela biforme, cioè composta dal corpo di una vergine, e d' un leone*. Ancora due sessi diedero gli Egizziani a questo favoloso animale, come riferisce Erodoto (15). Alcuni scrittori poi hanno caratterizzato questo mostro, come il simbolo della fortezza, e dell' industria (16), rappresentandola però col volto umano. Altri come il simbolo del silenzio, e della prudenza (17), acciò coloro, i quali entravano nei templi degli Dei, intendessero, che conveniva loro porgere le sue preci agli Dei tacitamente, e in segreto, nè ardissero propalare i divini misteri, sapendo, che sotto questi simboli si occultavano: Perciò, come narra Plutarco (18) degli Egizziani. *Il che certamente essi significano, mettendo per lo più le sfinge nelle facciate de' templi, volendo indicare, che la loro dottrina delle cose sacre è fondata sopra una sapienza occulta, e piena di reconditi arcani*. Onde ho giusto motivo di credere per gli attributi dati alla sfinge, che Cesare Augusto sene servisse per sigillare (19), alfine di dimostrare con questo, che i segreti dei Principi debbono essere impenetrabili.

Altri però sono di contrario sentimento, caratterizzandola qual simbolo dell' ignoranza, come chiaramente parla Cebete (20): *La spiegazione della sfinge, è simile agli enimmi, che ella stessa proponeva agli uomini: imperocchè colui, che gl' interpretava, restava salvo; Chi poi non gl' indovinava, era ucciso dalla sfinge. E questa è la ragione di un tal racconto: Imperocchè la stoltezza degli uomini è la sfinge. Ma queste cose accenna oscuramente, ciò che vi è di bene, e di male nella vita; e ciò, che non è nè bene, nè male: Le quali cose chi non intende, spesso da quella più volte resta ucciso, come chi era divorato dalla sfinge*. Diogene conferma quest' opinione appresso Dione Crisostomo (21): *Mai io ho udito uno, che chiamava la sfinge ignoranza. Imperocchè ella prima rovinò i Beozii, ed ora non permette loro il sapere, essendo i più ignoranti degli uomini*. Ed Alciato (21) a questo proposito cantò:

Qual mostro è questo mai? la sfinge è dessa.
Perchè di bianco volto in bel sembiante
Rappresenta gentil donzella amante,
D' uccello ha il dorso, e di leon le zampe?
Così si trasformò, vestì l' immago

L' ignoranza. Di un male sì grande tre
Son le cagioni: Nasce l' ignoranza
O da un lieve volar d' ingegno, ed arte;
O da impuro piacer, ch' al vil l' alletta;
O da superba umor, che il ver disprezza.

Una sì grande varietà di opinioni sulla sfinge abbastanza dimostra, quanto giustamente abbiamo asserito, che niente vi è forse di più oscuro della medesima. *A noi poi sembra conveniente,*

per

p. 558. del Poeta Anassilao sul parallelo delle meretrici con la sfinge di Tebe:

Chiamar le meretrici inver si possano
Sfingi Tebee, che aperto il cuor non scoprano,
Ma con i vezzi, con gli accenni invischiano,
Ed uno ardente amor in sen dimostrano;
E d' aderire volentier si adattano
Al concetto piacer, ch' entro nutriscano &c.

(13) Montfauc. Supplem. Antiq. vol. 2. tab. 42. p. 165

(14) Hist. Animal. l. 12. c. 7. Vedi Diod. Sicul. l. 4. pag. 308.

(15) L. 2. p. 250. *Smisurate Androsfingi*.

(16) Clem. Aless. Strom. l. 5. vol. 2. p. 671. *La sfinge poi dotata di fortezza, e di perspicace ingegno, ha certamente tutto il corpo di leone, il volto poi di uomo*. E da Euripide in Phoeniss. v. 48. la sfinge è detta *vergine saggia*.

(17) Sinesio nell' orat. de regno p. 7. *Quella parte della sfinge*, ei dice, *nella quale è bestia, dimostra la fortezza; quella, che ha di uomo, significa la prudenza*.

(18) De Isid. & Osirid. vol. 2. p. 134. Afferma lo stesso Clem. Aless. Strom. l. 5. vol. 2. p. 664. dicendo: *Gli Egizziani mettono le sfinge davanti ai templi, perchè la dottrina appartenente agli Dei è oscura, e piena di enimmi*. Vedi Sinesio l. c.

(19) Vedi Sveton. in August. c. 50. e le note.

(20) Tab. Ceb p. 56.

(21) Oraz. 10. de servis p. 74.

(22) Embl. 87.

esse. Nobis autem videtur, *ut Ciceronis utar verbis* (23), quidquid literis mandetur, id commendari omnium eruditorum lectione decere. *Atque ut ait idem Cicero* (24): opinionum enim commenta delet dies, naturae judicia confirmat. *At cum ille Graecorum mos fuerit, vera quoque facta in fabulas convertere, & figmentis obducere, mirandum non est. Quidquid tamen sit, perantiqua sphingis haec habetur historia:* Sphingeam Cadmeam, *ut Palaefatus* (25) *refert*, animal fuisse perhibent, cui corpus quidem esset canis (26), caput vero, & vultus puellae, volucris alae, & humana vox,

Aegyptios vero sub sphingis simulacro nil aliud designasse videntur, quam utilitates Aegypto advenientes ex Virginis atque Leonis caelestibus signis, quod animadvertit doctissimus Caylus (27). *Et sane nemo ex una parte ignorat, Nili alluvionis tempore solem in Aegypti regione fulgentissimis radiis splendescere, aestiva nempe tempestate. Et ex altera parte notum est, Aegyptiorum Religionem omnimoda prae aliis superstitione onustam fuisse. Quis ergo dubitet, quin hanc ipsam anni tempestatem, uti vulgo solitum, superstitioso quodam cultu adorarint? nihil est, quod verius dici queat. Quid? symbolum tot tantisque usitatum formis, & constans penes Aegyptios, adeo Religioni, utilitati, signis, moribusque eorum conforme, non tantum robur addere huic coniecturae, sed & verisimillimam valet constituere. Ita quidem opinatus est Caylus, cui ex positis rationum momentis contradicere non audeo.*

Aliter sensit Notarum Auctor super Mythologiam D. Banier (28), *qui haec habet:* Principio sphinx nil aliud erat, quam signum apud Aegyptios, quod populum admonebat, jam sibi opus parandi se, vacandique in elatioribus locis, quousque aquarum inundatio perduraret, eo nimirum tempore, quo Sol Leonis, & Virginis signa percurrebat; idque propterea eo symbolo jure ostendebatur, quod ex utroque signo constaret. Hoc vero signum iis in locis Aegyptii statuebant, quae sublevationis aquarum terminum exacte accurateque signarent, quem si aquae exuberando cooperirent, tunc minus futurae messi faverent. Quippe nomen sphingis e radice Hebraica *sphang* derivatum, *Exundationem* significat. *Probabiliter vero eorum sententiae ex coniecturis erutae sunt: Quisque, quam lubet, sequatur.*

Plura venusta sphingis monumenta ab Ab. Winkelmann afferuntur in descriptione Gemmarum Bar. Stosch (29). *Praestantissimum vero sphingis cum Oedipo monumentum exhibetur in antiquis Picturis sepulcri Nasonum* (30), Sphinx ibi saxo insidens conspicitur, cui, Aquilae instar, alae adhaerent, pedes leonis, vultus & pectus virginis insunt. Brachium & manum versus Oedipum ostendit, qui in via, postquam ex equo desiluit, monstrum intuetur, seseque ad audiendum, & solvendum aenigma, quasi parat. *Gemma admodum singularis extat in Regis Galliarum Museo, ita a clar. Mariette* (31) *descripta*. On y voit le sphinx sur le haut d'une roche, Oedipe jeune, & nud, comme l'étoient tous ceux, que la Grèce comptoit au nombre de ses Héros, qui repond au monstre avec assurance, quelques offéments épars çà, & là sont les restes infortunes de ceux qui ont peri,

NU-

(23) *Tusc. l. 2. c. 3. pag. 359. vol. 2.*

(24) *De Nat. Deor. l. 2. c. 2. pag. 560.*

(25) *Incredib. c. 7. p. 18.*

(26) *Unus est Palaephatus, qui caput canis Sphingi tributum asserit, caeteri licet Scriptores leonis caput ipsi tribuerint.*

(27) *Antiquit. vol. 1. p. 45. nec non vol. 3. p. 230.*

(28) *Nella Traduz. t. 1. par. 2. pag. 414.*

(29) *Pag. 4. & 319. seqq. & in lib. Storia delle Arti vol. 1. pag. 45. & 67. & Monumenti Ant. Ined. Tab. 78. p. 102. & 103. Plura & varia Numismata Graeca atque Latina Sphingibus insignita observantur Gesner. Num. Imper. Tab. 21. num. 3. Sphinx galeata. Tab. 58. num. 7. cum sistro, & spica, & in Dialogis Agostini pag. 155. Sphinx cum racemo, altera cum rota. Et in Thesaur. Morell. Famil. Roman. ad Familias incertas Tab. 5. n. 12. pag. 488. Caput Augusti in aversa parte Sphinx alata & pileata: plura Numismata cum capite Augusti in Hispania cusa Sphingem ab altera parte habent. Idem Gesner. Num. Popul. & Urb. Tab. 83. & 84. multa reperiuntur Chiorum numism. (cum variis Symbolis) inter quae est illud celebre Homeri, in quo est Homerus sedens cum Inscr. ΟΜΗΡΟΣ, in aversa parte Sphinx cum lyra & Inscrip.* ΧΙΩΝ. *Vide de gemmis cum Sphinge Spanhemium de Praesb. & Usu &c. pag. 215. & seq.*

(30) *Picturae Antiquae Cryptarum Rom. & Sepulcri Nasonum descriptae a Bellorio &c. tab. 19. p. 143.*

(31) *Mariette vol. 2. Gem. 88.*

per servirmi delle parole di Cicerone (23), *che tutto ciò, che si propone in scritto, debba esser confermato dalla lezione di tutti gli eruditi*. E come dice il medesimo Cicerone (24). *Imperocchè le vaghe opinioni il tempo le pone in oblìo; ma i giudizi della natura sono dal tempo istesso convalidati*. Non dobbiamo però maravigliarsi, poichè fu costume tra i Greci, i fatti ancora i più veridici di raccontarli favolosamente, e di ravvolgerli tra le tenebre della finzione. Comunque siasi però, la Storia antica della sfinge è questa: *Dicono la sfinge Cadmea essere stato un animale*, come riferisce Palefato (25), *il corpo della quale era di cane* (26), *il capo, e il volto di donzella, le ale di uccello, e la voce umana*.

Ma gli Egizziani sotto il simbolo della sfinge non altro pare abbian voluto significare, che i vantaggi recati all' Egitto dalle celesti costellazioni delle Vergine, e del Leone, come osserva il dottissimo Caylus (27). E invero nessuno primieramente ignora, che allora il Nilo inonda l' Egitto, quando il Sole co' suoi sfolgorantissimi raggi lo illumina, cioè nel tempo estivo. E dall' altra parte è noto, che la Religione Egizziana sopra tutte le altre era superstiziosa. Laonde chi mai potrà dubitare, che gli Egizziani abbiano con un culto superstizioso, conforme il loro costume, adorato questa istessa stagione dell' anno? Niente sicuramente vi è di più verisimile. E che? Un simbolo in tante e tante guise usato dagli Egizziani, e costante tra loro; così grandemente conforme alla loro religione, al loro vantaggio, ai costumi, ai suoi monumenti, non solo avvalora questa congettura, ma la rende eziandio vieppiù verisimile. In questa guisa opinò Caylus, al quale per le addotte ragioni non so disdire.

Diverso però fu il sentimento dell' anonimo nelle note sulla Mitologia di M. Banier (28): *In origine altro non fu la sfinge, che un segno fra gli Egizzii, col quale avvisavasi il popolo, che conveniva prepararsi e stare ozioso sopra i terreni elevati, finchè durerebbe l' inondazione, ch' era pel solito il tempo, in cui il sole percorreva i segni del Leone, e della Vergine, e perciò si accennava con un simbolo, ch' era misto dell' una, e dell' altra figura. Il sito, in cui gli Egizzii collocavano questo indizio, era poi l' esatto punto d' elevazione dell' acque, le quali se superandolo, lo coprivano, non erano troppo benefiche per la futura raccolta. Il nome appunto di sfinge, tratto dalla radice Ebrea* Spang, *significa traboccamento ec.* Queste però sono probabili congetture. Scelgansi gli Eruditi quella, che più gli aggrada.

Molti graziosi monumenti della sfinge si osservano nella descrizione delle gemme del B. Stosch fatta dall' Ab. Winkelmann (29). Ed un bellissimo monumento della sfinge con Edipo si vede nelle pitture del sepolcro dei Nasoni (30). *Ivi si osserva la sfinge sedente sopra di un sasso, con le ale simili a quelle dell' Aquila, co' piedi di leone, e il volto, e il petto di vergine. Il braccio, e la mano rivolge a Edipo, il quale sulla strada, dopo essere sceso dal cavallo, riguarda il mostro, e si prepara ad ascoltarlo, e a sciogliere l' Enimma*. Una gemma molto singolare è nel Museo del Rè di Francia dove si vede Edipo avanti la sfinge, così descritta dal chiar. Mariette (31). *On y voit le Sphinx sur le haut d' une roche, Oedipe jeune, & nud, comme l' étoient tous ceux, que la Grèce comptoit au nombre de ses Héros, qui repond au monstre avec assurance. Quelques ossements epars çà & là, sont les restes infortunes de ceux qui ont peri.*

LE

(23) Tusc. l. 2. c. 3. vol. 2. pag. 359.

(24) Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 2. pag. 560.

(25) Incredib. c. 7. p. 18.

(26) Vi è soltanto Palefato, il quale attribuisce alla sfinge la testa di cane: imperocchè gli altri Scrittori gli danno il capo di Leone.

(27) Antiq. vol. 1. p. 45. e nel vol. 3. p. 230,

(28) Nella traduz. t. 1. p. 2. pag. 414.

(29) Pag. 4. e 319. seg. e Storia dell' Arte vol. 1. p. 45. e 67. e Monum. Ant. Ined. Tav. 78. pag. 102. e 103. si osservano molte e varie medaglie Greche, e Latine con le sfingi. Gesner. Numism. Imp. Tav. 21. num 3. Una sfinge colla galea Tav. 58. n. 7. col sistro ed una spiga. E nei Dialoghi dell' Agostini pag. 155. Una sfinge con un grappolo di uva, un' altra con una rota. E nel Thesaur. Morell. Famil. Roman. nelle famiglie incerte Tav. 5. Num. 12. pag. 488. Una testa di Augusto, nel rovescio una sfinge alata col pileo. Si trovano molte medaglie di Augusto battute nella Spagna, nel di cui rovescio vi è una sfinge. Il medesimo Gesner. Num. Pop. & Urb. Tav. 83. e 84. si trovano molte Medaglie di Scio (con differenti Simboli) tralle quali è quella celebre di Omero, nella quale è Omero sedente coll' Iscrizione ΟΜΗΡΟϹ cioè Omero, e nel rovescio è una sfinge colla lira e l' Iscrizione ΧΙΩΝ cioè de' Popoli di Scio. Sopra le Medaglie colla sfinge vedi Spanem. de Praest. & Usu Num. pag. 215. e seg.

(30) Pitture antiche dei sotterranei di Roma, e del sepolcro dei Nasoni descritte dal Bellorio tav. 19. p. 143.

(31) Mariette vol. 2. Gem. 88.

CXIV.

NUPTIAE CUPIDINIS, ET PSYCHES.

TRYPHONIS OPUS,

Ex Sardonych. Anaglyph. excalptum.

IN DACTYLIOTH. ARUNDELLIANA LONDINI.

INter praestantissimos, nec non in arte sculpturae peritissimos Graecorum opifices referendum pariter Tryphonem, quisque facile intelliget vel unico gemmae intuitu, in qua Nuptiae Cupidinis & Psyches tam egregiae, tamque concinne exprimuntur. Non enim solum Graeci scalptoris eximii summum in hac gemma eminet opus, verum etiam ingenium, quo rem factu difficillimam, ausu magno excogitavit feliciterque absolvit. Sed illud praecipue miraculum artis habendum, quod vultus Amoris Psyches sub adeo translucido obtexerit velo, tanta artis suae gloria ac felicitate, ut vultus, & mutui, quo aestuant, amoris gratiae, & vires, motusque clare distincteque inspiciantur (1). *Ego vero cum Peritissimo Pikler existimo scalpturam hujusmodi ad primam antiquissimam pulcherrimamque Artis celandi formam esse referendum.*

En autem quomodo illam clar. Stosch descripsit (2): Cupido alatus, capite tantum velato, apertoque vultu; ad dexteram Psyches visitur, turturem, conjugalis amoris symbolum, manibus pectori admotam, tenens; cum eo Psyches est pudibunda (3), ac alis papilionis notabilis, pellucido velo toto corpore operta, sed singulis membris perspicuis, ut illud Petronii aptari possit (4):

Aequum est induere nuptam ventum textilem,
Palam prostare nudam in nebula linea?

Cupidinem ac Psychem, non catena, ut dixerat Sponius, sed margaritarum linea alligatos, conjugis vinculum indicante, ducit Hymenaeus, qui sinistra manu praelongam faciem, paranymphi etiam munere fungens, humero suo applicatam fert, & ante hanc alius (alati autem omnes sunt) nuptialem thorum parat, alius conjuges sequitur, calathum pomis gravem, supra eorum capita manibus elatum, sustinens: In Dianae enim festo (*Caniphoria* Graeci vocabant) puellae nuptiarum cupidae canistros hosce offerebant. Amor hic alarum extremis pinnis retortis ac crispis insignis est.

Hoc

(1) *Due aliae simili modo velatae gemmae (ut ait Stosch) habentur, alter Amethystus scilicet caput exhibens semiobnuptum Ptolemaei Auletis, Regis Aegypti, in Thesauro regiae Principis Ducissae Aurelianensis, quam gemmam dissertatione illustravit V. Cl Baudelot; Alter Chrysolitus Ferrariae in Dactyliotheca Marchionis Crispi Ferrariensis, in quo Sabinae Augustae Caput incisum est.*

(2) *Gemm p. 94. Primus hanc gemmam publici juris fecit Sponius ex gemmae delineatione a Pyrrho Ligorio, percelebri antiquario, olim facta, quae erat apud Bagarrium. Vide Polen. Antiq. vol. 4. Miscell. Erudit. Antiq. pag. 662. & 421. & Montfauc. Antiq. vol. 1. tab. 121.*

(3) *Ut omnibus Antiquitatis monumentis sponsae exprimuntur pudibundae, & praecipue in celeberrima Pictura Nuptiarum Aldobrandini.*

(4) *Satyr. p. 207.*

(5) *Apprime autem Petronius de Psyche dixit: Sat p. 70.*

Iam Psyche puellae caput involverat flammeolo.

Et egregie Lucanus l. 2. v 360.

Non timidum nuptae leviter tectura pudorem
Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Psyches nomen memorat etiam Plutarch. sub fin. vitae Caton. min. vol. 2. p. 641. Nomen hoc a Iuvenali additum fuit Sat. 6. v. 193. velut nomen amatorium dicens:

. . . . . Non est hic sermo pudicus
In vetula, quoties lascivum intervenit illud,
ΖΩΗ ΚΑΙ ΨΥΧΗ (vita & anima)

Vide de hac re Martialem l. 10. Epigr. 68. Vide etiam hoc nomen in Indice Gruteriano Inscript.

CXIV.

LE NOZZE DI CUPIDO, E PSICHE.

OPERA DI TRIFONE,

Scolpita in Sardonica in un Cammeo.

NEL MUSEO DEL CONTE DI ARUNDEL A LONDRA.

FRa i nobiliſſimi, e peritiſſimi artefici della Grecia doverſi annoverare ſimilmente Trifone, ciaſcuno facilmente lo comprenderà, ſe dia anche un ſolo ſguardo alla di lui gemma, nella quale tanto egregiamente, ed elegantemente ſi eſprimono le Nozze di Cupido, e di Pſiche. Imperocchè non ſolamente ſpicca in queſta gemma il ſommo artificio di un Greco eſperto Inciſore, ma eziandio l' ingegno col quale con ſtraordinario coraggio immaginò, e perfettamente eſeguì un opera delle più malagevoli nell' eſecuzione. Ma quello che è da conſiderarſi principalmente come un prodigio dell' arte, è l'avere potuto fare con tanta gloria, e felicità dell' arte ſua eſprimere ſotto di un velo traſparente i volti di Cupido, e di Pſiche, e che in eſſi chiaramente, e diſtintamente vi ſi ſcorgono le grazie, e l'eſpreſſioni, e la forza ancora del reciproco amore, del quale avvampano. (1) Io poi col peritiſſimo Pikler credo, che ſia un intaglio della prima antichiſſima, e belliſſima maniera dei Greci.

Ecco come è deſcritta queſta gemma dal Bar. Stoſch (2): *Un Cupido alato col capo ſoltanto velato, e col volto ſcoperto. Alla deſtra ſi vede Pſiche, la quale vicino al petto tiene in mano una tortorella, ſimbolo del conjugale amore. Con eſſo è Pſiche vergognoſetta* (3), *è notabile per le ale di farfalla, avendo il corpo interamente coperto da un velo traſparente* (4), *che moſtra tutte le ſue membra, dimodochè può adattarſi quel detto di Petronio* (5):

Forſe conviene veſtire una ſpoſa
Con ben teſſuto velo, e ſottiliſſimo,
E, come ſotto a traſparente nube,
Nuda così moſtrarla, e proſtituta?

Cupido, e Pſiche inſieme uniti non già da una catena, come ha creduto lo Spon, ma da un filo di perle indicante il vincolo conjugale, ſono condotti da Imeneo, il quale ſopra il ſuo omero tiene con la ſiniſtra mano una ben lunga facella, le veci ancora facendo di Paraninfo; e davanti a queſto un altro ſi vede (tutti ſono adorni di ale), che prepara il letto nuziale; ed altro, che ſeguita gli ſpoſi ſoſtenendo con le mani ſopra i capi degli ſpoſi alzato un caneſtro colmo di pomi: imperocchè nelle feſte di Diana (che i Greci chiamano Caniphoria*), le vergini deſideroſe di nozze offerivano caneſtri di tal ſorte. E' inſigne in queſta gemma Amore per l' eſtremità delle penne arricciate, e increſpate.*

 Queſto

(1) Eſiſtano due altre gemme (come dice Stoſch) ſimilmente velate, una in amatiſta rappreſentante la teſta coperta di Tolomeo Aulete, Rè di Egitto, nel muſeo della Real Principeſſa di Orleans, che illuſtrò con una diſſertazione il chiariſſimo Baudelot. L' altra in griſolita in Ferrara eſiſtente nel muſeo del March. Criſpi Ferrareſe, nella quale è inciſa la teſta di Sabina Auguſta.

(2) Gem. p. 94. Il primo, che pubblicaſſe queſta gemma fu Spon, la quale ricavò da un diſegno fatto già da Pirro Ligorio', celebre antiquario, ed era appreſſo Bagarrio. Vedi Polen. Antiq. vol. 4. Miſcell. Erudit. Antiq. p. 662. e 421. e Montfauc. Antiq. vol. 1. tav. 121.

(3) Come ſono eſpreſſe tutte le ſpoſe negli antichi monumenti, vergognoſe, e ſpecialmente nelle nozze Aldobrandini.

(4) E particolarmente di Pſiche diſſe Petronio: Sat. p. 70. *Già Pſiche aveva coperta la teſta con un velo da ſpoſa*. e Lucano egregiamente l. 2. v. 360.

L' aureo velo adombra l' umile volto
Con che la timida oneſtà protegga..

Il nome di Pſiche è rammentato ancora da Plutarco ſul fine della vita di Catone min. vol. 2. p. 641. Queſto nome è ſtato eſpreſſo da Giovenale Sat. 6. v. 193. come di una parola amoroſa dicendo:

A chi pudico eſſer non può il parlare
In una vecchia, quando entro vi ſia
Quel, mia vita, mio ben, anima mia.

Vedi ſopra di ciò Marziale l. 10. Epigr. 68. Vedi ancora queſto nome nell' Indice Gruteriano Inſcript.

(5) Satyr. p. 207.

Hoc Nuptiarum Cupidinis & Pſyches argumentum ſummo critices ſtudio pertractatur a celeberrimo Antiquario Buonarrotti (6), *cujus eruditioni obtemperare optimum duco*. Amoris & Pſyches fabula, late ab Apuleio deſcripta (7), animarum deſcenſum, aut lapſum deſignabat, nec non earumdem circuitum atque regreſſum, quibus in ſtatibus effingebant, Amorem eas ſemper comitari, & juxta alios, a ſupremo praedominantique Genio, qui eiſdem quaſi eſſet conjunctus indiſſolubili nuptiarum vinculo. Haec de Animarum circuitu opinio, ſic generatim ſumpta a Chaldaeis & Perſis originem habuit, ex quibus ad Aegyptios pertranſiit, & ad Graecos, eamdemque amplexatus eſt Homerus, deinde Virgilius, & praeſertim Platonici, qui eam ſibi adſciverunt: Amoris tamen & Pſyches fabulam, quemadmodum illam Apuleius deſcribit, & praeſertim ob quaedam adjuncta ſigna, quibuſcum in anaglyphis aliiſque vetuſtis monumentis obſervatur, probabile admodum eſt, eam proxime magis ex nonnullis latentibus ſecretiſque myſteriis erutam fuiſſe, quae alicubi, ut in more poſitum, in Cupidinis honorem celebrarentur. Etenim ex una parte animadverto, hanc fabulam in antiquis monumentis, ut dictum eſt, ſaepiſſime repraeſentari; ex altera vero parte obſervo, vix aliquos auctores de illa mentionem facere, eoſdemque recentes eſſe: Apuleius enim circa Antoninorum tempora floruit, & Martianus Capella, apud quem minimum quid reperitur, hanc fabulam deſcribens, poſterioribus vixit temporibus, & omnium maxime recentior eſt Fulgentius (8), qui ſummatim refert, quae jam de illa Apuleius ſcripſerat. Quoad vetuſta monumenta, in quibus haec fabula expreſſa cernitur, ea, ut diximus, frequentiſſima ſunt, & plura cammea atque ſcalpturae, quae extant, ex artificii excellentia, qua perfecta ſunt, remotiſſimam praeſeferunt vetuſtatem (9).

Quinque marmorei lapidis ſymplegmata praeſtantiſſime elaborata Romae conſpexi, quorum duo nobilibus Angliae Viris eo tempore, quo Romae degebam, venundata fuerunt. Tertium in celeberrimo Muſeo aſſervatur Regiae Celſitudinis Petri Leopoldi Archiducis Auſtriae, & M. D. E.. Quartum extat in Muſeo Capitolino. Quintum, quod aliorum aemulatur, immo fortaſſe excedit pulchritudinem & excellentiam, pertinebat ad Comitem Fede, illudque affabre reſtauravit inſignis D. le Gros, cujus morte magnam ſcalpendi Ars in hoc ſaeculo jacturam fecit, ut bene multa patefaciunt ejuſdem monumenta, quae induſtri confecit peritia. Haec inter, anaglypha alte prominentia ſingulari ſunt monumento, videlicet illa S. Aloyſii in Sacello S. Ignatii, quo Angeli Correggianum genium feliciter aemulantur.

Haec monumenta, *ſequitur eruditiſſimus Vir*, ad celeberrima Graeciae tempora, in quibus ſculpturae ars maxime floruit, referenda eſſe oſtendunt, proindeque tamquam vetuſtiſſima conſideranda ſunt, quae utique tempus, quo Romani Imperatores regnarunt, praeceſſerint, & longe ante Apuleium, alioſque Scriptores extiterint. Ex his ergo omnibus argumentari mihi licet, ideo veteres Scriptores nullam hujus fabulae mentionem feciſſe, etſi, quemadmodum ex ſculpturae monumentis infertur, apud omnes pervulgata eſſet, quatenus, ut inquiebam, ex occultis myſteriis eruta fuerat: antiquiores enim Scriptores, ut nos animadvertimus, valde cauti, atque ſuperſtitioſi in pervulgandis myſteriis fuerunt. At ex recentioribus plures nullam hac de re rationem habuerunt, immo potius in eo operam locaſſe videntur, ut ſua ſcripta novitate illuſtrarent, occultiorum ſecretiorumque rerum eruditionem oſtentantes, quae apud diverſas nationes divulgabantur. Ita quidem Plutarchus nullo reſpectu habito de Iſide & Oſiride ſcripſit, ita Lucianus de Dea Syria, & ipſe etiam Apuleius de Iſide plura evulgavit. Quod vero pertinet ad Anaglypha & alia perantiqua monumenta, nulla artificibus praeſto ſibi fuit occaſio, ut hujuſmodi rationem prae oculis haberent, vel quod ſimplices earumdem occultiſſimarum rerum imagines non ita facile intelligi poſſent; vel quod Sacerdotes eademque ſimulacra exhiberent in pompis, ſeu in ſupplicationibus ſuperſtitioſis atque ſolemnibus adhibita, quaeque omnium

(6) *Tab. 28. n. 3. p. 193. ſeq. Conf. eumdem auctorem, qui fuſius de hoc argumento edisserit.*

(7) *Metam. l. 4. 5. & 6.*

(8) *Mytholog. l. 3. p. 143. Vid. Boccaccio Genealog. degli Dei l. 5. p. 90.*

(9) *Vide Muſ. Florent. vol. 2. Tab. 80. Maffei Gem. par. 1. tab. 78. Muſ. Deben vol. 1. pag. 99. & 100. & tab. 36. & 37. vol. 1. p. 159. & ſeq. Muſ Gem. Ducis Aurelianenſis, ubi delecta eruditione, & ingenio a celeberrimis Antiquariis Ab. le Blond, & Ab. de la Chaux tractatur hoc argumentum.*

Queſto argomento delle nozze di Cupido, e Pſiche è ſtato trattato con ſommo criterio dal celebre antiquario Buonarroti (6), della di cui erudizione ſtimo bene di approfittare. *La Favola di Amore, e di Pſiche, deſcritta lungamente da Apuleio (7), voleva ſignificare la diſceſa, o vogliamo dire la caduta delle anime, ed il loro circuito, e ritorno, ne' quali ſtati fingevano, che ſempre elle foſſero accompagnate da Amore, e ſecondo altri, dal Genio ſuperiore, e predominante, che quaſi foſſe congiunto colle medeſime, con nodo indiſſolubile di nozze. Queſta oppinione così in genere del circuito delle anime ebbe origine da Caldei, e Perſiani, e paſsò negli Egizj, e ne' Greci, e fù abbracciata da Omero, e poi da Virgilio, ed i Platonici ſpecialmente l' adottarono per propria. La favola però di Amore e Pſiche, come vien deſcritta da Apulejo, e con certe particolarità, colle quali ſi oſſerva nei baſſirilievi, ed in altri monumenti antichi, è molto probabile, che ella foſſe più immediatamente preſa da alcuni occulti, e ſegreti miſterj, quali non è gran fatto, che ſi celebraſſero in qualche luogo ad Amore. Imperocchè io veggo da una parte, che queſta favola ſpeſſiſſimo ſi trova rappreſentata, come detto ſi è, in antichi monumenti; e dall' altra parte io oſſervo, che molti pochi autori ne fanno menzione, e queſti ſono moderni: Poichè Apuleio fiorì verſo i tempi degli Antonini; e Marziano Capella, in cui ſe ne trova una piccola alluſione, viſſe dopo; e più moderni aſſai di tutti due ſi è Fulgenzio (8), il quale riferiſce in compendio ciò, che ne ſcriſſe Apuleio. Inquanto poi ai monumenti antichi, ne' quali ſi vede effigiata queſta favola, come abbiamo detto, ſono frequentiſſimi, e molti cammei, ed intagli, che ce ne ſono, per l' eccellenza del diſegno, col quale ſono condotti, moſtrano di eſſere d' una grandiſſima antichità (9).*

Cinque Gruppi di Marmo ho veduto in Roma di aſſai eccellente Scultura, rappreſentanti Amore e Pſiche, che ſi abbracciano, due dei quali a tempo mio furono venduti a certi Cavalieri Ingleſi. Il terzo eſiſte nella celebre Gallerìa di S. A. R. Pietro Leopoldo, Arciduca di Auſtria, e Granduca di Toſcana. Il quarto ſi trova nel Muſeo Capitolino. Il quinto, che non cede in bellezza, anzi è forſe agli altri ſuperiore, apparteneva al Conte Fede, reſtaurato mirabilmente dal celebre Signore le Gros, per la di cui morte l' arte della ſcultura in queſto ſecolo fece una gran perdita, come ſi può oſſervare in tanti monumenti reſi famoſi per il ſuo ſcalpello, tra i quali l' altorilievo di S. Luigi a S. Ignazio, nel quale gli Angioli hanno il guſto Correggiano.

Queſti monumenti, ſeguita l' eruditiſſimo Buonarroti, *dimoſtrano chiaramente di eſſere di quei tempi, nei quali ſommamente fiorì in Grecia la Scultura, e così di una antichità molto conſiderabile, ed avanti al principio degli Imperatori Romani, e molto prima d' Apuleio, e degli altri Scrittori. Da tuttociò adunque io vo penſando, che intanto gli autori antichi non abbiano fatto menzione di queſta favola, la quale, come ſi vede dalle Sculture, era notiſſima, inquanto ella foſſe preſa, come io diceva, dai miſterj occulti, mentre noi oſſerviamo, che gli ſcrittori più antichi erano molto ritenuti, e ſuperſtizioſi in propalarne i ſegreti; ma inquanto agli ſcrittori più moderni, ſi vede, che molti di loro non ebbero più queſto riguardo, anzi pare piuttoſto, che andaſſero cercando di arricchire colle novità le opere loro, facendo pompa di portare per erudizione le coſe ſacre più occulte, e più ſegrete di varie nazioni. Così Plutarco ſcriſſe liberamente d' Iſide, e d' Oſiride; Luciano della Dea Siria, ed Apuleio anche egli propala molte coſe d' Iſide. Quanto poi ai baſſirilievi ed altri monumenti antichi, non ebbero occaſione di aver queſto riguardo, o foſſe, che le ſemplici figure non poteſſero eſſere tanto facilmente compreſe; o perchè rappreſentavano i ſacerdoti, ed i ſimolacri delle pompe, o proceſſioni ſuperſtizioſe, e ſolenni, che ſi potevano vedere da tutti; o perchè anco queſte*

 ſcul-

(6) Tav. 28. n. 3. p. 193. ſeq. dove da queſto autore, ſi tratta diffuſamente queſto argomento.

(7) Metam. l. 4. 5. e 6.

(8) Mythol. l. 3. p. 143. Vedi Boccaccio Genealog. degli Dei l. 5. p. 90.

(9) Vedi il Muſeo Fiorentino vol. 2. tav. 80. Maffei Gem. parte 1. Tav. 78. Muſeo di Dehen vol. 1. p. 99. e 100. e Tav. 36. e 37. vol. 1. pag. 159. e ſeg. Muſeo delle Gemme del Duca di Orleans vol. 1. ſpiegate con ſcelta erudizione, e criterio da due valentiſſimi Letterati, il Sig. Abate le Blond, e il Sig. Abate de la Chaux.

omnium oculis late patebant; vel quod monumenta hujusmodi ab initio excogitata fuerint, ut abſcondita occultaque manerent in Templis; vel ob quidpiam aliud, quod ignoramus. Hiſce tamen rationibus velut conjecturis uſus ſum, quod fabulam Amoris & Pſyches, de qua ſermo eſt, ex aliquo Paganorum myſteriorum arcano ſcriptores hauſerint. Quod clarius etiam ex eo deducitur, quod Theſpiis Boeotiae urbe non ſolum mos invaluerat ſpeciali modo adorandi Cupidinem, celebrandique in ejus honorem dies feſtos ludoſque (10); verum etiam ſecretiora myſteria. id vero ex Pauſania (11) facile arguitur, qui poſtquam fuſius de Cupidine, cui divini in ea civitate reddebantur honores, nec non de aliquibus initiationum verſibus verba feciſſet, ſe a Daduco uno ex Myſteriorum miniſtris, (qui lampades praeferebat), nonnulla didiciſſe perhibet, a quibus referendis conſulto ſe abſtinet. Haec autem loquendi forma a ſcriptoribus cautioribus adhibebatur, cum ſibi offerebat occaſio de myſteriis quidpiam dicendi, quippe quod aliquid de iis evulgare profanis & minime initiatis, velut maximum apud ſuperſtitioſiores Paganos ſacrilegium reputabatur.

Ad hujus gemmae illuſtrationem Pſyches nobis repraeſentatur humeris alis ornata (12), animam exhibens cui merito alae conveniunt, cum animas alatas Pagani putarint. Unde referente Porphyrio ſupra Nympharum Antrum, animas antiquitus apes nuncupare aſſolebant; & praeſertim Chaldaei, ut videre eſt apud Pſellum in Epitome illorum doctrinae, animas cum alis creatas fuiſſe exiſtimarunt, quae ſi decidant, etiam ipſae animae collabentur, & uniantur miſceanturque materiae (13). Idipſum refert & Plato, ac praecipue in Phoedro opinionem illam attingit, quae huius gemmae explanationi inſervire poteſt, quippe quae Amoris cum Anima nexum & unionem oſtendit, cum dicit, quod animae hiſce alis orbatae, eidem rurſus adveniant, ſi quid forma venuſtum ſibi intueri contingat. Ex quo clare intelligitur, eos in illa fuiſſe ſententia, ut crederent, quod Amor is eſſet velut animae dux, quicumque eius eſſet ſtatus, unde & redire facile poſſet ad priſtinam ſuam originem. Pauculi tamen ſcriptores, qui de Pſyches fabula ſcripſerunt, nihil de anima alis inſtructa pronuntiant; & praefati Platonicii, atque Chaldaei, qui aligeras effecerunt animas, non aſſerunt, eaſdem alas, quae papilionum ſunt propriae, animas habere, quemadmodum Pſyches in hac gemma habere conſpicitur, nec non in aliis perantiquis monumentis obſervatur. Hujus generis alae probe conveniunt animae, quoniam tum anima (14), tum papilio a Graecis nuncupatae fuerunt ΨΥΧΗ (15), tum etiam, quod ad animarum circuitum exprimendum, quem exhibere intendebant, nullum adeſſet ſymbolum magis accomodatum, quam hoc perexiguum inſectum, quod per diverſos ſtatus eo, modo, quo anima, tranſit, dum vermis in ſuo ſe recludens folliculo, ex eo in alatum animal converſus ſortitur. Quare in vetuſtis monumentis, ad exibendam animam, non modo puella alis inſignita reperitur expreſſa, ut Pſyches in hac gemma, verum ſaepe etiam unus ipſe papilio; Atque hinc ſagaciſſimus noſter Poeta (16) novae beataeque vitae illud aptavit, quam eſſecuturae ſunt animae poſt mortem.

Non ſentis nos vermiculos natoſque ciere
Qui prope divinus vacuas ſe tollit ad auras
Papilio, ut Themidem contingat jugiter aequam?

Quod vero huius fabulae auctores Pagani, & Myſteriorum Pſyches inſtitutores, de quibus loquuti ſumus, per Pſychen, alis papilionis inſtructam, ſignificare animam voluerint, & in hoc antiqua Philoſophorum placita & tranſitum, & animarum circuitum ſpectarint, ex anaglypho illius ſepulcri, quod Romae in Villa Pamphilia Doria adſervatur, optime eruitur (17): In eo enim cernitur Minerva, quae ſupra verticem hominis a Prometheo extructi animam ponit, quae papilionis formam exhibet (18); in alio vero loco ſuper terram adeſt cadaver, & hoc

idem

(10) *Pauſan. l. 9. c. 31. Plutarch. Eroticus vol. 3. p. 317. Scol. Pindari Olymp. od. 7. Euſtath. Iliad. l. 24. Athen. l. 13. p. 361.*

(11) *l. c. cap. 27.*

(12) *Buonarr. l. c. p. 195.*

(13) *Vid. S. Greg. Nyſſen. de anim. & reſurrect. tom. 3. p. 233. Et de anima cum alis vide Coelium Phodigin. Lect. Antiq. l. 16. c. 18. p. 787. & l. 17. c. 14 & 15. p. 784. & ſeqq. & Marſil. Phicin. de Relig. Chriſt. in Proem.*

(14) *Plat. in Cratyl. Plutarch. in contradict. Stoicor. p. 1052.*

(15) *Ariſtot. hiſt. Animal. l. 5. c. 19. Plutarch. Symp. l. 2. probl. 3. Exich. verbum* ΨΥΧΗ.

(16) *Dante Purgator. cant. 10.*

(17) *Admiranda Antiquit. Rom. n. 66. & 67.*

(18) *Hygin. Fabul. 142. p. 33.*

sculture fossero fatte da principio per istare ascose, e celate nei tempii; o per qualunque altra cagione, che noi non sappiamo. Tutte queste ragioni ci son servite per conjettura, che la nostra favola di Amore, e Psiche sia tratta da qualcheduno degli arcani misteri della Gentilità: il che viepiù si discopre da ciò, che noi abbiamo, che nella città delle Tespie di Beozia, oltre all' adorarvisi in modo speciale Amore, ed oltre alla festa, ed ai giuochi (10), *che ivi si celebravano, vi erano anco i segreti misterj, e ciò ben s' argomenta da Pausania* (11), *il quale dopo aver parlato lungamente di Amore, che si adorava in quella città, e di alcuni versi delle iniziazioni, dice d' avere imparato dal* Daduco, *uno de' ministri de' misterj (che era quegli, che portava la lampada) alcune cose, che egli a bello studio tralascia di riferire; il che è un termine praticato dagli scrittori più cauti, quando occorre loro di accennare le cose de' misterj, il propalare le quali ai profani, e non iniziati era da' Gentili più superstiziosi, grandissimo sacrilegio riputato.*

Per l' illustrazione della nostra gemma *ci si presenta Psiche* (12) *fornita di ali alle spalle, la quale rappresenta l' anima, a cui bene se le convengono, mentre i Gentili supposero le anime alate; onde, secondo che riferisce Porfirio, sopra l' antro delle ninfe, antichissimamente le solevano chiamare Api; ed i Caldei specialmente, come si può vedere in Psello nel compendio della loro dottrina, crederono, che l' anime fossero create colle ale, e che cascando loro, venissero altresì a cascare le anime, e ad unirsi, e mescolarsi nella materia* (13). *Il medesimo riferisce Platone, il quale, particolarmente nel Fedro, tocca un opinione, che può servire di spiegazione a questa gemma, mentre mostra la connessione, ed unione dell' Amore coll' anima, dicendo, che ella così spogliata dell' ali, nel vedere qualche bellezza, di nuovo le rinascono: ben comprendendosi, che e' volevano, che Amore fosse quello, che serviva all' anima di guida in ogni stato, che ella si trovasse, per facilitare il suo ritorno all' origine primiera. I pochi scrittori però, che parlano della favola di Psiche, non dicono, che ella avesse l' ali, ed i Platonici, ed i Caldei riferiti di sopra, che fecero alate le anime, non vengono al particolare, che l' ali fossero di farfalla, come ha la Psiche in questa gemma, e come si osserva in infiniti altri antichi monumenti. Questa tal sorte d' ali benissimo se le convengono; e la ragione di ciò si è, che tanto l' anima* (14), *che la farfalla si chiamarono dai Greci* ΨΥΧΗ (15); *e perchè per esprimere il giro delle anime, che intendevano di rappresentare, non si poteva trovare un simbolo più adequato di questo piccolo insetto, il quale in un certo modo, non altrimenti che l' anima, prova più stati, mentre racchiudendosi il verme nel bozzolo n' esce poi cangiato in un volatile: onde negli antichi monumenti per rappresentare l' anima, non solo s' incontra espressa una fanciulla alata, quale è la nostra, ma sovente ancora la sola farfalla; e quindi il nostro sublimissimo Poeta* (16) *l' applicò alla vita nuova, e beata, alla quale passar deono l' anime nostre dopo la morte.*

Non v' accorgete voi, che noi siam vermi,
Nati a formar l' Angelica Farfalla,
Che vola alla giustizia senza schermi?

Che poi i Gentili autori di questa favola, e fondatori dei misterj di Psiche, che noi dicevamo, nella Psiche coll' ali di farfalla volessero rappresentar l' anima, ed avessero ancor essi per iscopo l' antica Filosofia, ed il passaggio, e giro dell' anime, ben si ricava dal bassorilievo di quel sepolcro, che si conserva in Roma nella Villa Panfilia Doria (17): *In esso si vede, che Minerva pone in capo all' uomo fabbricato da Prometeo l' anima* (18) *in forma di farfalla; e in un altro luogo vi è per terra*

un

(10) Pausan. l. 9. c. 31. Plutar. Eroticus vol. 3. p. 317. Scol. Pindari Olymp. od. 7. Eustath. Iliad. l. 24. Athen. l. 13. p. 361.

(11) L. c. cap. 27.

(12) Buonarr. l. c. p. 196.

(13) Vedi S. Greg. Nisseno de anim. & resurr. tom. 3. p. 233. E dell'anima d' ale adorna, vedi Celio Phodigin. Lect. Antiq. l. 16. cap. 18. p. 787. e l. 17. c. 14. e 15. p. 784. seq. e Marsil. Ficino de Relig. Christ. in Proem.

(14) Plato in Cratyl. Plutarc. in contradict. Stoicor. p. 1052.

(15) Aristot. hist. Animal. l. 5. c. 19. Plutarc. Symp. l. 2. probl. 3. Exich. in vocem ΨΥΧΗ.

(16) Dante Purgat. cant. 10.

(17) Admirand. Antiq. Rom. n. 66. e 67.

(18) Igino Fab. 142. p. 33.

idem Infectum, quod advolans abit; & alibi Mercurius, qui animam, instar puellae papilionis alis ornatae ad Elysia ducit. In sepulcro autem, cujus integrum aposphragisma refert Spon (19), scheletrum excalptum est, & papilio, qui advolat, & alter adest papilio, quem prehendit, & ore detinet ales, ad morbum fortasse designandum, qui vitam eidem puellae eripuit, ibi inhumatae; atque magis perspicue in ea Inscriptione Marci Porcii anima nuncupatur papilio (20): *Haeredibus mando etiam cinere, ut volitet meus ebrius papilio*. Et saepe in priscis sepulcris ipsa conspicitur Psyches, quae cum suo Cupidine per diversa sibi indulget amoena oblectamenta in Elisiis, aut in Oceani aquis, quo illa veteres posuerunt, nunc cymbam conscendens ad pisces captandos, nunc tibias, aliaque instrumenta pulsans (21).

Permulta existunt antiqua monumenta venustum hoc Amoris & Psyches argumentum exhibentia. Nonnulla hic exponemus, inter quae singulare illud anaglyphum marmoreum a Spon relatum (22). Hic hominem, *inquit*, adolescentem vides (*proculdubio est foemina cum armilla ad dexterum brachium*), in toro stratum, & ad pedes mortui caput, ut intelligas eum vivere desiisse. Ex eius, qui obiit, ore exisse papilio videtur.

Singulare admodum illud est a Buonarroti relatum (23), *in quo Cupido & Psyches mutuo amplexati cernuntur cum Inscriptione: ANIMA DVLCIS FRVAMVR NOS SINE BILE ZESES. Qui plures cupit videre gemmas ad Psychem spectantes, (& ejusdem praesertim fabulam ab Apuleio in IV. V. & VI. Libro descriptam), adeat Winkelmann Descript. des Gemm. de Stosch* (24), *qui LVIII. gemmas ad Psychem pertinentes affert, & Gori in Museo Florent.* (25).

In Turturibus autem a Cupidine prensis juxta Petrum Valerianum (26) *nil aliud, nisi castus coniugalis vinculi amor designatur. Et quoniam de turture sermo est, meminisse placet, quod est apud Theocritum* (27), *vere movens risum, foeminas garrulas turtures imitari:*

Desinite, o miserae, inutiliter garrientes,
Ut turtures odiose stridunt ore diducto omnia pronuntiantes.

In Anaglyphis Romanis (28) *expressum observatur sponsale festum merito visendum, considerandumque de pluribus in illo signatis, & quoad rem nostram sponsa manu turturem gerit eo modo, quo Amor in nostra gemma.*

Quoniam de nuptiis Amoris & Psyches loquuti sumus, opportune admodum judicamus, gemmam carneolae excalptam Musei Regis Borussiae edere(*), *quam annulum nuptialem fuisse certe existimari potest, quod plura eidem inesse videntur symbola, quae matrimonium & sponsos exhibent. Annulus in ea conspicitur, in quo adest Cupido super currum a duobus gallis tractum, ad vigilantiam me judice exprimendam, qualis ad domus regimen, & ad conjugalem currum cum Amore ducendum in sponsis exigitur. In annuli medio adest cuniculus, ad designandum sponsam esse debere foecundam, quemadmodum foecundissimum hoc animal est in reproductione suae speciei, quod asserit Plinius* (29) *dicens, hujus animalis foecunditatem innumerabilem esse. Ad latera sunt bini cupressus, de quibus duo conjicere possumus. Notum enim est, hanc arborem funebrem esse; at nihil funebris nostra hac*

in

(19) *Rei Antiq. Sel. Differt. V. p. 422. & Miscell. Erud. Antiq. Sect. 1. Art. 3. p. 662.*

(20) *Gruterus inter Hispanica p. XIII. n. 17.*

(21) *Fabbretti Inscript. p. 382. n. 206.*

(22) *Vide in hanc rem Spon loc. cit.*

(23) *Osservazioni sopra dei vasi antichi di vetro Tav. 28. n. 3.*

(24) *Pag. 150. & seq.*

(25) *Vol. 2. Tab. 80. & 81. pag. 155. & seq. Vide etiam Descriz. Istor. del Museo di Cristiano Deben. vol. 1. pag. 100. & Mus. Ducis Aurelian. vol. 1. Tab. 36. & 37. pag. 159. & seqq., Borioni Collect. Antiq. Tab. 43., Maffei Gemme Antiche vol. 3. Tab. 22. 23. & 24., & Gori Columbarium Libert. Liviae pag. 32. & 33., & Admiranda Antiquit. Tab. 68., e Montfaucon Antiq. vol. 1. Tab. 120. 121. & 122., & Bracci Commentaria de Antiq. Scalptoribus vol. 1. Tab. 2. n. 2. pag. 48.*

(26) *Hyeroglyph. p. 224.*

(27) *Idyl. 15. Syracus. v. 87. Vide Aelian. de Nat. Animal. l. 10. c. 12. & Erasm. in Proverb. p. 276.*

(28) *Vide Ficoroni le vestigia e rarità di Roma p. 116.*

(*) *Tab. XIX. N. I.*

(29) *Vide Plinium l. 8. c. 55. p. 542. atque etiam notas, & Buffon Histoire Naturel. vol. 6. p. 604.*

un cadavero, ed il medesimo insetto, che vola via, ed altrove un Mercurio, che conduce agli Elisi un anima in figura di giovinetta coll' ali di farfalla. Nel sepolcro poi, di cui riporta la figura intera lo Spon (19), *vi è scolpito un scheletro, e una farfalla, che vola, ed un altra ve n' è, che è presa e tenuta in bocca da un uccello, per denotar forse il male, che portò via quella fanciulla, che era ivi seppellita, e più chiaramente in quella Iscrizione di Marco Porcio, si chiama l' anima farfalla* (20): Haeredibus mando etiam cinere, ut volitet meus ebrius papilio. *E sovente negli antichi sepolcri, si vede l' istessa Psiche, la qual col suo Amore si va spassando in varj ameni divertimenti negli Elisi, o nelle acque dell' Oceano, dove gli antichi gli collocarono, or nell' andare in barca a pescare, or sonando le tibie, ed altri strumenti* (21).

Moltissimi sono i monumenti antichi rappresentanti questo grazioso argomento di Amore e Psiche. Noi ne esporremo alcuni, tra i quali è singolare quel bassorilievo riferito da Spon (22) dicendo: *quì tu vedi un giovinetto* (sicuramente è una giovinetta, avendo un braccialetto nel destro braccio) *disteso sopra un letto, ed una testa a' piedi del morto, perchè s' intenda non viver più, e dalla bocca del morto si vede essere uscita una farfalla.*

E' molto singolare quello riportato dal Buonarroti (23), nel quale si vedono Amore e Psiche abbracciati coll' Iscrizione: ANIMA DVLCIS FRVAMVR NOS SINE BILE ZESES, cioè *anima cara godiamoci in pace, e stiamo allegramente*. Chi bramasse vedere molte gemme spettanti a Psiche, (e principalmente tutta la di lei favola descrittaci nel IV. V. e VI. libro da Apuleio) vegga Winkelmann nella descrizione delle gemme di Stosch (24), il quale riporta LVIII. gemme spettanti a Psiche, e il Gori nel museo Fiorentino (25).

Le tortore poi, che tiene Cupido, non altro denotano, secondo il sentimento di Pietro Valeriano (26), che il casto amore conjugale. E giacchè occorre parlare delle tortore, non posso dispensarmi dal riferire, ciò che di faceto disse un giorno Teocrito (27), che le femmine sono loquaci come le tortore:

> . . . . *Olà finite,*
> *O cattivelle, il garrir vostro immenso,*
> *Quai tortore stridenti a bocca larga.*

Nei bassirilievi di Roma (28) si trova espresso uno sposalizio, degno di essere veduto per molte particolarità, che vi si osservano; e al nostro proposito vi è una sposa, che ha una tortorella nelle mani conforme tiene Amore nella nostra gemma.

Siccome abbiamo parlato delle nozze di Amore e Psiche, noi stimiamo assai opportuno di pubblicare una gemma incisa in corniola del Museo del Re di Prussia (*), la quale si può certamente credere, che sia servita per un anello nuziale, mentre vi si osservano molti simboli allusivi al matrimonio, ed agli sposi. In essa si vede un anello, sopra il quale vi è Amore tirato da due galli sopra un carro, espressi, come io credo, per la vigilanza, quale deve esser negli sposi per il regolamento della casa, e per guidare con Amore il carro matrimoniale. Nel mezzo dell' anello vi è un coniglio per esprimere, che la sposa deve essere feconda, come è fecondissimo questo animale nel riprodurre la sua specie, dicendo Plinio (29), essere d' una fecondità innumerabile. Dalle parti laterali vi sono due cipressi, dei quali si possono congetturare due cose. E' notissimo, che questo albero è funebre; ma nella nostra gemma niente di fu-

(19) Rei Antiq. Sel. Differt. v. p. 422. & Miscell. Erud. Antiq. sect. 1. art. 3. p. 662.

(20) Gruterus inter Hispanica p. XIII. n. 17.

(21) Fabbretti Inscript. p. 382. n. 206.

(22) Vedi a questo proposito lo Spon l. cit.

(23) Osservazioni sopra de' Vasi Antichi di vetro Tav. 28. n. 3.

(24) p. 150. e seg.

(25) Vol. 2. Tav. 80. e 81. p. 155. e seg. Vedi ancora Descrizione Istorica del Museo di Cristiano Dehen vol. 1. p. 100.; ed il Museo del Duca di Orleans vol. 1. Tav. 36. e 37. p. 159. seg.; Borioni Collect. Antiq. Tav. 43.; Maffei Gemme Antiche vol. 3. Tav. 22. 23. 24.; Gori Columbarium Libert. Livae p. 32. 33.; Admiranda Antiquit. Tav. 68.; Montfaucon Antiquit. vol. 1. Tav. 120. 121. 122.; e Bracci Comment. de Antiq. Scalpt. vol. 1. Tav. 2. n. 2. p. 48.

(26) Hyeroglyph. p. 224.

(27) Idyl. 15. Syracus. v. 87. Vedi Eliano de nat. Animal. I. 10. e 12. ed Erasmo in Proverb. p. 276.

(28) Vedi Ficoroni le vestigia e rarità di Roma Antica pag. 116. e seg. (*) Tav. XIX. N. I.

(29) Vedi Plinio l. 8. c. 55. p. 542. e le note ancora, e Buffon Histoire Naturelle vol. 6. p. 604.

in gemma designare potest. Idcirco putarem, antiquos Romanos tanti fecisse hanc arborem, ut, referente Plinio (30) *ita illustrato a celeberrimo Petavio*, Cupressorum plantaria dotem filiarum nominasse. Nam dotis usum & commoditatem cupressi praestabant, quod ex iis pecuniam ad illas maritandas antiqui conficerent. *Unde bini illi cypressus in gemma exculpti sponsae dotem fortasse significant, vel amorem inter conjuges esse debere perpetuum: Cupressus enim, juxta quod scriptores referunt, maxime diuturnam vitam habent, dicente Theophrasto* (31): Natura perpetua, cupressus.... Itaque in Epheso cupressina materies, ex qua valvae templi Dianae, quatuor aetates reservata duravit. *Et Rayus* (32) *inquit*: Cupressi materies ad durandum perpetua, ex hoc maxime laudatur, quod neque vetustatem, neque cariem sentiat, & bonum semper odorem spiret. Mortuorum loculi in Aegypto, in quibus cadavera condita (Mumias vocant) recondi solent, multi ex hac materia facti observantur, quos in cryptis illis arenosis sepultos aliquot annorum millia incorruptos jacuisse, verisimile est. *Et eruditissimus Ioa. Bodaeus a Stapel testimonium refert in hanc rem inquiens* (33). Cupressos enim Χαριτες (hoc est Gratiae appellantur) quod delectant, ut docet Cassianus Bassus (l. XI. cap. 7.) Certe ipse Cupido filius Veneris, ac Deus amator Psychem (ut Apuleius Metamorph lib. 5.) alloquuturus involavit hanc arborem deque eius alto cacumine eam est affatus. *Papilio autem facile hic prolem a sponsis renascituram designat. Sub infima annuli parte haec legitur Inscriptio: M. VIRRI, quae probabiliter hujus gemmae dominum ostendit, qui hunc annulum suae conjugi dederit; proindeque Annulus Nuptialis hic poterit dici. Quid vero sub Inscriptione sit, non bene discerni potest.*

Opportunum mihi videtur, non mediocris operis gemmam (*) *hic afferre, quae papilionem repraesentat, immortalitatis animae symbolum, ex proprio assurgentem semine cum Inscriptione AGATHE* (34). *Hoc verbum multa significat: sed verbum* Felix *accomodatior videtur. Homerus ingeniorum Phoenix ita cecinit:*

Anima autem e membris volans ad Orcum descendit.

Quare conjici potest, veteres, qui animam sub papilionis forma exhibuerunt, prae oculis certe habuisse immortalitatem animae, quia papilio, cum aspera hyems accedit, mori videtur, & cum postea dulcia veris tempora redeunt, reviviscere videtur. Ita etiam homines post vitae terminum ad immortalem iterum resurgunt. Haec immortalitatis animae fides perantiqua est, ut clare nobis ostendit Pausanias (35), *cum dicit:* Enimvero primos omnium Chaldaeorum, & Indorum Magos memoriae prodidisse novi, esse hominum animos immortales. Assensi deinde sunt eis tum alii Graecorum, tum Aristonis filius Plato. *Cicero etiam* (36) *ait:* Pherecydes Syrius primum dixit, animos hominum esse sempiternos. Hanc opinionem discipulus eius Pythagoras confirmavit.

(30) *L. 16. c. 33.*

(31) *Theophr. Hist. Plant. l. 5. c. 5. p. 521. Vide in hanc rem eruditissimas notas Ioa. Bodaei a Stapel p. 525.*

(32) *Ioan. Raii Histor. Plant. vol. 2. p. 1407.*

(33) *Theophr. Hist. Plantar. l. 4. c. 6. p. 369.*

(*) *Tab. XIX. N. II.*

(34) *In sex literis Inscriptionem signantibus non bene dignoscitur utrum signo Latino, an Graeco, an potius Graeco-latino ut verius mihi videtur, notata sint.*

(35) *Lib. 4. c. 32. Vide Platonem pluribus in locis.*

(36) *L. 1. Tuscul. c. 16. p. 314. Vide etiam plura hac de re apud Lactantium Firm. Instit. l. 7. c. 8. 9. & 13.*

FINIS.

funebre può esprimere. Perciò crederei, che gli antichi Romani tanto abbiano apprezzato questo albero, che, al riferire di Plinio (30) così illustrato dal celebratissimo Petavio; *le piantazioni de' cipressi le chiamavano la dote delle figlie, ed i cipressi formavano la dote, e l'utilità, mentre da questi gli antichi ne ritraevano il denaro per maritarle*. Quindi i due cipressi incisi nella gemma forse significano la dote della sposa, ovvero che l'amore tragli sposi deve essere perpetuo. Imperocchè il cipresso, conforme narrano gli Scrittori, è d'une lunghissima durata dicendo Teofrasto (31): *Il cipresso è di natura da durare perpetuamente . . . . . ; Per la qualcosa le porte del tempio di Diana in Efeso, che erano di cipresso, durarono conservate quattro secoli*. E Raio (32) dice: *La materia del cipresso è di perpetua durata, perciò è lodato principalmente, perchè non prova la vecchiaia, ne è soggetto al tarlo, e spira sempre un buono odore. Le sepolture de' morti nell' Egitto, nelle quali sogliono riporsi i cadaveri (li chiamano Mommie), molti si offervano fatti di questa materia, i quali in quelli arenosi sepolcri è verisimile esser giaciuti sepolti alquante migliaia di anni, incorrotti*. E l'eruditissimo Gio. Bodeo a Stapel riporta un passo, che mi sembra molto a proposito, dicendo (33): *Imperocchè i cipressi si chiamano le Grazie, perchè dilettano, come insegna Cassiano Basso (lib. XI. cap. 7.). Certamente Cupido figlio di Venere, e Dio amoroso (come dice Apuleio Metamor. lib. 5.) volendo parlare a Psiche volò sopra questo albero, e dalla di lui cima così parlò*. La Farfalla poi vorrà indicare facilmente la prole rinascente dagli sposi. A basso dell' anello vi è questa Iscrizione: M. VIRRI, cioè *Marco Virrio*, la quale probabilmente dimostra il possessore di questa gemma, che avrà dato questo anello alla sua sposa; perciò si potrà chiamare questo Anello Nuziale. Cosa poi vi sia sotto l'Iscrizione, non si può ben distinguere.

Opportunamente ancora riferirò una gemma (*) di non mediocre lavoro, rappresentante una farfalla, simbolo dell' immortalità dell'anima, che nasce dal proprio suo seme con l'iscrizione: AGATHE (34). Questa parola ha molti significati. Ma la parola *Felice* sembrami la più adattata. Omero Fenice degl' ingegni così cantò:

L' alma da membri trasvolonne all' Orco.

Per la qualcosa si può congetturare, che gli antichi, che immaginarono l'anima a forma di farfalla, avessero sicuramente in oggetto la immortalità dell' anima; perchè la farfalla nell' avvicinarsi il crudo tempo dell' inverno, pare che muoia, e nel ritornare dipoi la bella stagione della primavera sembra che torni in vita. Così ancora gli uomini terminando la loro vita, nuovamente poi ad una immortale risorgono. Questa credenza della immortalità dell'anima è antichissima, conforme chiaramente ci dimostra Pausania (35), dicendo: *Veramente io so, che i Magi dei Caldei e degl' Indiani furono i primi a rammentare, che gli animi degli uomini sono immortali, ai quali acconsentirono dipoi i Greci, siccome ancora Platone figlio di Aristo*. Cicerone ancora (36) disse: *Ferecide Sirio fu il primo, che disse, gli animi degli uomini essere sempiterni. Questa opinione la confermò il di lui discepolo Pittagora*.

(30) L. 16. c. 33.

(31) Theophr. Hist. Plant. l. 5. c. 5. p. 521. Vedi a questo proposito le eruditissime note di Gio. Bodeo a Stapel p. 525.

(32) Ioan. Raii Histor. Plant. vol. 2. p. 1407.

(33) Theophr. Hist. Plant. l. 4. c. 6. p. 369.

(*) Tav. XIX. N. II.

(34) Non ben si distingue in queste sei lettere se siano greche, o latine; a me sembrano mezze greche e mezze latine.

(35) Lib. 4. c. 32. Vedi Platone in molti luoghi

(36) L. 1. Tusc. c. 16. p. 314. Vedi ancora a questo proposito molte cose appresso Lattanzio Firm. Inst. l. 7. c. 8. 9. e 13.

F I N E

CATALOGUS
VETERUM PICTORUM, CAELATORUM, ARCHITECTORUM,
QUI IN FRANCISCI IUNII F. F.
OPERE DESIDERANTUR

A

AGASIAS SCULPTOR.

AGaſias, Sculptor pereximius, ignotus nobis eſſet, niſi nomen ſuum inſcripſiſſet celebri ſtatuae Gladiatoris pugnacis, quod in Villa Pinciana obſervatur: ΑΓΑΣΙΑΣ ΔΟΣΙΘΕΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. *Agaſias Doſithei* (ideſt filius) *Epheſius faciebat*.

Alterius Agaſiae Menophili filii, Epheſiique ſtatuarii meminit ſequens inſcriptio in Gronovio in Notis ad Plinium relata in lib. 34. Plinii c. 8. vol. 3. p. 826. Amſtelodami apud Vitzium ex Aſia allata (1):

ΓΑΙΟΣ ΒΙΛΛΙΗΝΟΝ ΓΑΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΗΝ
ΡΩΜΑΙΩΝ ΟΙ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣ ΣΚΟΠΑ ΠΑΡΙΟΣ ΕΠΕ ΣΚΕΥΑΣΕΝ.

ideſt.

Gaium Billienum Gaii filium Legatum Romanorum, ii, qui in Delo operantur, Benfactorum cauſa in eos collatorum, hac ſtatua venerati ſunt, Agaſias Menophili filius faciebat, Ariſtander Scopae Parius curam habuit.

AGORACRITUS STATUARIUS.

De Agoracrito vide illuſtres Expoſitores Muſei Herculan. vol. 1. Protomarum p. 154.

AGRYPNUS STATUARIUS.

AGRYPNVS. CAESAR·
AVG. MAECENATIAN.
A. STATVIS. (2)

A ſtatuis. Fuit hic Agrypnus, antea Maecenatis Libertus, poſtea Caeſaris, vel ſtatuarius, vel curator, cuſtoſve ſtatuarum &c.

ALCAMENES SCULPTOR.

Winkelmann (3) anaglyphum celebris Villae Cardinalis Alexandri Albani edidit cum Inſcriptione in eodem excalpta, quae ſequitur.

Q. LOLLIVS ALCAMENES DEC. ET DVVMVIR.

In

(1) Vide Spon Miſcell. Erud. Antiq. in ſuppl. Poleni vol 4. p. 890.

(2) Vide Ant. Franc. Gori in Monum. ſive Columb. Libertor. & Serv. Liviae Auguſtae p. 157. num. 125.

(3) Monum. Antichi p. 243. Tav. 186. vol. 2. p. 157.

In hoc anaglypho figura, fedens, afpicitur, confulari vefte exornata, dextera parvam protomam tenet, finiftra autem (dicit Winkelmann feftucam). Ex adverfo ei adeft alia figura velata, ad facrificandum intenta, quae fuper candelabrum ponit incenfum. Hunc Winkelmann exiftimavit Alcamenem fculptorem effe, illaqua parva protoma eiufdem filium exhibere, & coniugem illam, quae facrificat. Hanc tamen hypotefin nimium a veritate abeffe, pluribus dutus rationibus opinor. Veftem confularem praetereo: At Decurionis, atque Duumviri dignitatem, quis unquam fculptoris propriam dixerit? Et cur etiam mulier velata atque facrificans pofitis ignibus fuper candelabrum ardentibus? Probabile valde eft, iftud anaglyphum repraefentare facrificium. Penes Eruditos Antiquarios efto judicium.

ALEXANDER SEVERUS Imperator.

Praeter egregias animi dotes Alexandri Severi Imperatoris, inquit Lampridius (4) eum quoque mire pinxiffe.

ALEXANDER Pictor.

Athenienfis, ut ex hac Infcriptione apparet (5):

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΓΡΑΦΗΝ

ideft

Alexander Athenienfis pingebat.

Hic pictor quinque figuras muliebres, fuper quas earum nomina appofita, pinxit (6), fcilicet Latonam, Niobem, ΦΟΙΒ'Η, ideft Phoeben, ΙΛΕΑΙΡΑ, nempe Ileeram, Aglaiam.

ALEXANDER Architectus.

C. LICINIVS . M. LIBERTVS . . . .
ALEXANDER . ARCHITE . . . .
LICINIA . EPICHARIS . . . .
C. LICINIVS . C. L. EPITYNCHA . . . .
LICINIA . C. ET.) L. D. (7)

De Alexandro Regis Perfei filio artifice ita fcribit Plutarchus in vita Aemilii Pauli p. 496. vol. 1. *fuperftitem filium Alexandrum tornandi, fubtiliumque operum egregium artificem fuiffe tradunt.*

ALFENIUS Architectus.

Alfenius ifte Architectus notus eft in Infcript. Antiquis Donianis pag. 317. num. 8.

ALOISIUS Architectus.

De Aloifio Architecto fermonem habet Caffiodorus (8), qui epiftolam (dignam legi) refert a Theodorico Rege Aloifio Architecto fcriptam. *Aloifio Architecto Theod. Rex. De reparatione Balneorum, quae virtute vigere multimoda defcribuntur.* Atque ita exprimitur: *Quapropter antiqua illic aedificiorum foliditas innovetur, ut five in thermis (9), five in cuniculis fuerit aliquid reparandum, te debeat imminente reconftrui. Virgulta quoque noxia importunitate nafcentia, evulfis cefpitibus auferantur: ne radicum quidam capilli paulatim turgentes, fabricarum vifceribus inferantur, & more vipereo prolem fibi foecunditate contraria nutriat, unde fe compago cafura difrumpat. Pala-*

(4) In Alexand. Sev. c. 27. pag. 927. vol. 1.

(5) Vide Muf. Hercul. vol. 1.

(6) Ibid. Tab. 1. pag. 2.

(7) Gruter. Infcript. p. 623. num. 2. & Aldus Ortogr. Ratio. p. 482.

(8) Lib. 2. Epift. 39. pag. 145. & 148.

(9) Thermae celeberrimae Aponi, de quibus ante p. 146. loquitur. Hifce de Balneis falutiferis vide Baccium de Thermis l. 4. c. 10. p. 132. feq.

latium quoque, longa senectute quassatum, reparatione assidua corrobora. Spatium, quod inter aedem publicam, & caput igniti fontis interjacet, silvestri asperitate depurga &c.

ALSIMUS PICTOR. (10)

Celeberrimum Vas Bibliothecae Vaticanae habetur in quo Winkelmann legit, ΑΛΣΙΜΟΣ ΕΓΡΑΨΕ. *Alsimus pinxit*. Winkelmann sic exprimitur (11): *Altri erroneamente lessero* ΜΑΞΙΜΟΣ ΕΓΡΑΨΕ, *e Gori (Dis. dell' Alfab. Etrusco p. 215.), al cui sistema opponeasi quest' iscrizione, la dichiara francamente per un' impostura, senza aver mai veduto il vaso.*

AMIANTHUS ARCHITECTUS.

A Reinesio in Inscript. Class. 10. num. 3. p. 547. memoratur. Vide etiam Lud. Ant. Muratori Inscript. p. 298. n. 3.

ANDROCYDES PICTOR.

Iunius in Plutarchi narratione solum dixit: *Hic Androcydes fuit Cyzicenus*; & historiam a Plutarcho scriptam in vita Pelopidae praeteriit (12), *Androcydes Cyzicenus aliam quamdam pugnam ut pingeret a civitate conductus, Thebis id opus inchoaret, post facta defectione, & bello commisso, tabulam fere absolutam, imperfectam Thebis ab eo relictam Thebani servarunt. Hanc Meneclidas, ut sacram suspenderent inscripto nomine Charonis, persuasit, gloriam Pelopidae, & Epaminondae hoc pacto, obscuratum iri sperans.*

ANRIANTUS CAELATOR.

Meminit eius Aldus Manutius (13).

ANTIGONUS. GERMANIC. CAESAR.
ARGENTARIVS·
VIXIT · ANNIS · XLII.
ANRIANTVS · GERMANIC. CAESAR.
CAELATOR.
FECIT.

ANTIPHILUS ARCHITECTUS.

Hallucinatus enim est Iunius pag. 15., cum Antiphilus fuerit Architectus, numquam statuarius, sicuti fuere Megacles & Pothaeus.

ANTIOCHUS SCULPTOR.

Vide Winkelmann Storia dell' Arte vol. 2. pag. 294.

ANTIUS ARCHITECTUS.

Memoratur a Ludovico Antonio Muratori Inscript. pag. 86. num. 7.

APELLES PICTOR.

Non plane intelligo, cur diligentissimus Iunius, qui pag. 18. laudat Luciani Dialogum: *Temere credendum* (vol. 3. p. 127. seq.), in quo de Apelle fusius loquitur, tamen ne verbum quidem fecerit de omnium pulcherrima celebris Apellis Pictura, quae tam eleganti colorum ornatu, vividaque expressione Calumniam, Ignorantiam, Invidiam, Suspicionem &c. mirifice exhibet. Vide Lucianum ibidem pag. 131. Ego tabulam aeneam conspexi a Zuccheri delineatam,

(10) Vide Winkelmann Monumenti Antichi Tab. 143. p. 191.

(11) Storia dell' Arti del Disegno vol. 1. p. 155.

(12) Plutarch. in Pelop. vol. 1. p. 532.

(13) In Ortograph. Rat. p. 123.

tam, & a Cornelio Cort ſculptam, in quo iſtud Calumniae, Ignorantiae &c. ſubiectum argumentum egregie repraeſentatur. Hac de celebri Apellis pictura confer etiam Petrum Bayle Diction. ad verbum *Apelles*, ubi anacroniſmi errorem manifeſte demonſtrat, in quem lapſus eſt Lucianus.

APOLLONIUS SCULPTOR.

Alter Athenienſis Apollonius, ſed filius Neſtoris, ut loquitur Inſcriptio.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΝΕΣΤΟΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ.

Apollonius Neſtoris filius Athenienſis faciebat. Mirandum illud Herculis Truncum extat in Palatio Vaticano adſervatum, tam mire a celeberrimo Michaele Angelo Buonarroti celebratum. Inſignem hunc Sculptorem aliam Herculis ſtatuam feciſſe, aſſerit Winkelmann (14).

APOLLONIUS STATUARIUS.

De iſto Artifice habemus protomam Auguſti cum inſcriptione ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΣ ΑΡΧΙΟΤ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΗΣΕ; ſcilicet Apollonius Archii filius Athenienſis fecit. De hac protoma vide illuſtres expoſitores Muſ. Hercul. vol. 1. Tab. 45. p. 158. & Winkelmann Storia delle Arti vol. 1. p. 290. & vol. 2. p. 102.

ARCHIMEDES MECHANICUS.

Vide Comitem Mazzucchelli in vita Archimedis, & Diſſertationem Ab. Fraguier de Sepulchro Archimedis in Libro Memoir. des Inſcript. vol. 2. pag. 216.

ARCHITECTUS IGNOTUS.

Architectus illuſtris, patria Tyrius, qui Salomonis tempeſtate floruit, quique valde laudatur ab Euſebio Praep. Evang. l. 6. c. 4.

ARGUS ARCHITECTUS.

De Argo Architecto vide Daretem Phrigium Lib. 1.

ARIO PICTOR.

De hoc Ario pictore in ſequenti Inſcriptione mentio fit (15).

D. ARIO PICTOR ∴ EMATVS.

ARISTEAS ET PAPIAS SCULPTORES.

Duo Centauri celeberrimi e marmore Aegyptio inter Hadrianae Villae rudera in agro Tiburtino reperti menſe decembri anno 1736. Ariſteas & Papias Sculptores Aphrodiſienſes ſimul fecerunt has ſtatuas cum hac Inſcriptione:

ΑΡΙϹΤЄΑϹ ΚΑΙ ΠΑΠΙΑϹ ΑΦΡΟΔΙϹЄΙϹ.

Ariſteas & Papias Aphrodiſienſes.

ARISTIDES STATUARIUS.

Hic Ariſtides ſtatuarius, a Iunio praetermiſſus, fuit Polycleti diſcipulus. Meminit eius Plinius (16), qui fecit *quadrigas, bigaſque Iphicratis. Leaena. Scortum haec Lyrae cantu familiare Harmodio & Ariſtogitoni, conſilia eorum de tyrannicidio, uſque ad mortem excruciata a tyrannis non prodidit. Quamobrem Athenienſes & honorem habere ei volentes, nec tamen ſcortum celebraſſe, animal nominis eius fecere: atque ut intelligeretur cauſa honoris, in opere linguam addi ab artefice vetuerunt*.

AR-

(14) Storia delle Arti in 4. vol. 2. p. 229.

(15) Camera ed Iſcrizioni Sepulcrali de' Liberti, Servi &c. di Auguſto pag. 72. n. 30.

(16) Lib. 34. c. 8. p. 48. & 66. Vide & Plinii notas.

ARTEMA Architectus.

Ut in ſequenti Inſcriptione apud Gudium (17):

M. VALERIO . M. F. POL.
ARTEMAE ARCHITECTO &c.

Deinde:

VIATOR, VIATOR, QUOD · TV · ES . EGO · FVI ·
QVOD · NVNC · SVM · ET · TV · ERIS ·

ARTEMIDORUS Pictor.

Iuxta Martialem (18) fuit rudis pictor:

Pinxiſti Venerem: colis, Artemidore, Minervam,
Et miraris, opus diſplicuiſſe tuum?

ASSALECTUS Sculptor.

Hic Aeſculapii Statuam fecit, quae adſervabatur in Palatio Veroſpi Romae cum Inſcriptione ASSALECTVS (19).

ATHANODORUS Sculptor.

Athenodorus fecit ſtatuam marmoream. Supereſt tantummodo pars clamydis cum inſcriptione in baſi:

ΑΘΑΝΟΔΟΡΟΣ ΑΓΗΣΑΝΔΡΟΥ ΡΟΔΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ.

Athanodorus filius Ageſandri Rhodienſis fecit (20).
Ex hac inſcriptione colligitur Athanodorum (quamvis a Plinio appelletur Athenodorus) *fuiſſe filium Ageſandri, & facile etiam Apollodorum, qui fecerunt pereximium ſymplegma Laocoontis.*

ATTICIANUS Sculptor.

In celeberrimo Muſeo Mediceo, nunc Leopoldi Archiducis Auſtriae M. D. E. obſervatur ſtatuae Muſae cum inſcriptione barbaris literis elaborata.

OPVS ATTICIANIS AFRODISIENSIS (21).

AUTOCHTHON Pictor.

Neſcio ſane, quomodo conciliari queat hoc Ampelii teſtimonium (Liber Memorialis) p. 18. ubi ita ſe exprimit: *Ambraciae in Epiro in pariete ſunt picti Caſtor, Pollux, & Helena, manu Autochthonis, & nemo invenire poteſt, quis pinxerit.* Si antea depictos Autochtonis manu eos fuiſſe aſſerit, cur deinde, neminem inveniri poſse, qui illos pinxerit, dicat, prorſus haud intelligo.

B

BOETHUS Sculptor.

In Obſervationibus Cl. V. Ioſephi de Bimard la Baſtie (22) ad nonnulla loca Novi Theſ. Veterum Inſcript. Cl. V. Lud. Ant. Muratori laudatur Boethus Sculptor, & haec ipſe ſcribit: *Se-*

(17) Gudius Antiq. Inſcript. p. 224. n. 9.
(18) Epigr. l. 5. epigr. 41. vide epigr. 103. l. 1.
(19) Vide Winkelmann in Idiomate Gallico vol. 1. p. 120. Italico vol. 2. p. 117.
(20) Vide Winkelmann Monum. Antichi Tratt. Prelim. p. 79. & Hiſtoir. de l'Art vol. 2. p. 212. in 8.
(21) Vide Gori Muſ. Flor. vol. 3. p. 22. & 82. cl. Buonarroti Oſſervaz. ſopra alcuni Framm. &c. in Praef. p. 21. aſſerit, legendum eſſe *Afrodiſienſis*.
(22) Ad novum theſ. Lud. Ant. Muratori Suppl. collectore Sebaſtiano Donato vol. 1. p. 500.

Sejoboethum novum Sculptorem creant tum Muratorius, tum ex quo ipse Inscr. habuit, Falconerius ex male intellectis locis istis:

ΔΑΙΔΑΛΛΩΝ ΜΕΡΟΠΕΣΣΙΝ
ΕΜΗΣΑΟ ΣΕΙΟΒΟΗΘΕ
& ΤΟΙΟΝ ΤΟΙ ΠΑΙΑΝ ΑΣΚΛΗΠΙΕ
ΣΕΙΟΒΟΗΘΟΣ
ΧΕΙΡΟΣ ΑΓΑΛΜ' ΑΓΑΘΗΣ
ΤΕΤΞΕΝ ΕΑΙΣ ΠΡΑΠΙΣΙΝ.

Primo loco vertendum: Hanc Dei recens nati imaginem sculpens, Boethe, mortalibus reliquisti, monumentum tuae praestantiae in arte tua. *Secundo loco*: Talem Paean, Esculapi tui statuam Boethus perfecit doctae manus opus. ΣΕΙΟ *utrobique ponitur pro* Σε. *Boethus sculptor satis notus.*

C

CALLIMACHUS Sculptor.

Alter Callimachus sculptor a Cl. V. Iusto Fontanini Curiae Romanae Praesule memoratur (23), ut inscriptione fertur.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. *Callimachus faciebat.*

CARBILIUS pictor.

De isto Pictore in vita P. Virgilii Maronis, ab incerto auctore scripta, quem aliqui Donatum falso putant, haec leguntur (24): *Est & adversus Aeneida liber Carbilii Pictoris, titulo Aeneidomastix.*

CEPHISIDORUS Sculptor.

Vide de Cephisidoro Sculptore Plutarchum Opusc. in Vitis decem Oratorum in vita Licurgi vol. 2. p. 290.

CHIMARUS Statuarius.

Ex Supplem. Inscript. ad nov. thes. Lud. Ant. Muratori auctore Sebastiano Donato habemus Chimarum esse statuarium, ut ex hac inscriptione constat (25):

GERMANICO · TI · CAESARIS · F. DIVI · AVGVSTI · N.
C. IVLIVS · CHIMARVS · IDEM · STATVAS · ET · AEDICVLAM.
EFFECIT · SEDES · MARMOREAS · POSVIT.

CISSONIUS Architectus.

Q. Cissonium Architectum fuisse perspicue intelligitur ex hac inscriptione, quam Gruterus refert (26).

D. M.
Q. CISSONIO Q. F.
HOR APRILI
VETERANO COH. II. PR.
ARCHITECTO · AVGVSTOR.
PATRICIA · TROPHIME ·
VIRO · BENEMERENTI.

CLAU-

(23) Fontanini Ant. Hort. l. 1. c. 6. & Montfaucon Antiq. vol. 1. p. 268. Tab. 174. Vide etiam Winkelmann Hist. de l' Art vol. 2. p. 11. in 8.

(24) Vide hanc vitam.

(25) Vol. 2. p. 210.

(26) Inscript. 537. n. 4.

CLAUDIUS, NICOSTRATUS, SYMPHORIANUS, CASTORIUS. ET SIMPLICIUS SCULPTORES.

Isti Martyres (ut legitur in Lectionibus die 9. Novemb., ficuti etiam fcribit Baronius in Martyrologio) *in perfecutione Diocletiani passi erant; cum essent summi Sculptores, nullo modo adduci poterant, ut idolorum statuas facerent, & ad Solis simulacrum ducti, ut illud venerarentur, numquam se commissuros dixerunt, ut adorarent opera manuum hominum &c.* Vide etiam Martyrologium Adonis pag. 567., & Venerab. Bedam vol. 3. pag. 466.

COCCEIUS ARCHITECTUS (27).

Vir Clar. Fabbretti monuit L. Cocceium Architectum memorari in epigraphe templi Puteolani, quam refert triplici in loco, pag. praesertim 227. num. 2. & 623. num. 4., ut ex Pontano integram dedit.

L. CALPVRNIVS·
L. F. TEMPLVM·AVGVSTO·CVM
ORNAMENTIS · DD. in latere finiftro ejufdem templi.
L. COCCEIVS·L.
C. POSTVMI·L.
AVCTVS · ARCHITECT.

Lucium Cocceium hunc Architectum effe fatis celebrem conftat ex Strabone (28).

CONSTANTIUS ARCHITECTUS.

Sic nominatur a Gudio in Infcript. p. 372. n. 3.

CORNELIUS ARCHITECTUS.

In Ortographia Aldi Manutii pag. 50. recenfetur Cornelius Architectus (29):

P. CORNELIVS·
THALLVS.
P. CORNELI · ARCHITECTI · FIL.
MAG. QVINQ. &c. &c. &c.

CRITO ET NICOLAUS SCULPTORES.

Vide Winkelmann Storia dell' Arte pag. 255.

CRITONIUS DASSUS SCALPTOR.

Fabbretti hanc refert infcriptionem (30)

CRITONIA · Q. L. PHILENIA.
POPA · DE · INSVLA.
Q. CRITONII · Ɔ. L. DASSI ·
SCALPTORIS · VILAR.
SIBI · SVISQVE POSTER.
EOR:

D.

DAEDALUS.

Addi poteft ad Iunium in Daedalo epiftola Diodori Siculi (31), quae reperitur in ejus operi-

(27) Vide Franc. Blanchinum p. 14. de lapide Antiati epiftola, ubi plura in hanc rem, Maffei Artis Lapid. p. 199. & Gruter. Infcript. Varior. Corrig. & Animadv. vol. 2. p. 324.

(28) Lib. 5. vol. 1. pag. 446.

(29) Gruter. Infcript. pag. 99. n. 9.

(30) Infcript. Domeft. c. 1. n. 75. p. 17. Vide etiam clar. Commend. Equit. Victorium Differt. Glyptogr. c. 21. p. 73.

(31) Vol. 2. pag. 655.

ribus tali modo. Catanei Daedalo Architecto epist. LXX. lib. secundi. Vide etiam Aristotelem de Mirabilibus Auscult. vol. 2. pag. 1092. & Eusebium Praep. Evang. lib. 10. cap. 2. & Ab. Gedoyn Memoir. des Inscript. vol. 3. pag. 274.

DEMETRIUS REX.

In Demetrium Regem vide praecipue Diodorum Siculum lib. 20. pag. 441. & 466. vol. 2.

DEMOCRATES ARCHITECTUS.

Inter celebres Architectos recensetur etiam Democrates, ut haec loquitur Inscriptio (32):

ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ	*Democrates.*
ΠΕΡΙΚΛΥΤΟΣ	*Celebris.*
ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΣ	*Architectus.*
ΜΕ ΩΡΘΩCΕΝ	*Me erexit.*
ΔΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ	*Iubente Alexandro.*
ΜΑΚΕΔΟΝΟC ΒΑCΙΛΕΩΣ	*Macedone Rege.*

DIO ARCHITECTUS.

Hic Dio Architectus affertur a Cl. Petro Aloysio Galletti Casinensi, nunc dignissimo Praesule, (33) in sequenti Inscriptione:

ANIO DIONE ARC . . TECTO.

DIOMEDES CAELATOR.

Habetur in Inscriptionibus Gruteri (34).

L. FVRIVS L. L.
DIOMEDES.
CAELATOR · DE · SACRA ·
VIA &c.

DIONYSIODORUS, MOSCHIO, ET ADAMAS SCULPTORES.

Ex antiqua Graeca Inscriptione colligitur Dionysiodorum, Moschionem, & Adamantem Adamantis filios, esse Sculptores Athenienses apud Corsini (35).

DIOSCORIDES MUSIVARIUS.

Dioscorides Samius fuit celeber Musivarius, ut observari potest in pereximio Museo Herculanensi, in duobus ejus operibus, in quibus nomen apposuit.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΗΣ ΣΑΜΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ.

idest *Dioscorides Samios fecit.* Winkelmann horum operum exhibuit descriptionem (36).

DIPHILUS ARCHITECTUS.

Ex Notis Graecorum Cl. Viri Eduardi Corsini pag. 64. facile conjicitur Diphilum esse Architectum, ut Graeca fert inscriptio.

DORDONOS MUSIVARUS.

De Dordono Musivario vide Winkelmann Histoire de l' Art vol. 2. pag. 13. in 8.

EGE-

(32) Muratori Novus Thesaur. Inscript. pag. 946. n. 6.

(33) Capena Municipio de' Romani p. 10. & 11. vide etiam Donati Suppl. Veter. Inscrip. Muratori p. 318.

(34) Pag. 622. num. 5. Vide etiam pag. 639. num. 11.

(35) Notae Graecor. pag. 120. Vide Dominic. Giorgi in lib. Opuscoli Scientifici vol. 15. pag. 205. & Winkelmann Histoire de l' Art vol. 2. pag. 188.

(36) Storia delle Arti vol. 2. in 4. pag. 303.

E

EGESIAS Sculptor.

Memoratur a Plinio lib. 34. cap. 8. pag. 72. *Hegesiae*; *in Pario colonia*, *Hercules Isidori*. Vide Notas.

ERATON Sculptor.

De Eratone Sculptore superest solum crus statuae in celebri villa Albani cum inscriptione (37).

ΕΡΑΤΩΝ *Eraton*.
ΕΠΟΙΕΙ *Faciebat*.

EUBULUS Sculptor.

Reperiebatur, ut inquit Winkelmann (38), in villa Negroni Romae caput cum hac inscriptione (38):

ΠΡΑΞΙΤΕΛΟΥ ΕΥΒΟΥΛΕΥΣ.

idest *Eubulus filius Praxitelis*, ut laudatus Cl. Vir interpetratur.

EUTUCHES Sculptor.

De isto Sculptore vide pariter Winkelmann (39), qui apposuit nomen suum in parva statua bellatoris cum inscriptione:

ΕΥΤΥΧΗΣ ΒΕΙΤΥΝΕΥΣ *Eutuches Bythynus*
ΤΕΧΝΕΙΤΗΣ ΕΠΟΙΕΙ *Artifex Faciebat*.

F

FABIUS Pictor.

In Libro Triumphi. Romanorum edito a I. B. Piranesi (pag. 42.) duae de Fabio Pictore inscriptiones referuntur. Prima N. FABIVS C. F. M. N. PICTOR COS. AN. CDXXCVII. DE SASSINATIBVS · III. NONAS · OCT.

Idest. *Numerius Fabius Caii Filius Marci Nepos Pictor Consul. An.* 487. *Tert. Nonas Octob.*

Altera N. FABIVS · C. F. M. N. PICTOR · II. COS. AN. CDXXCVII. DE SALLENTINEIS · MESSAPIEISQVE K. FEB·

In Fastis Consularibus (pag. 19.) Memoratur Anno 484. C. FABIUS. C. F. M. N. Pictor & Ann. 487. N. F. C. F. M. N. Pictor. Vide librum (*Antichità di Sarsina*) Philippi Antonini pag. 19. De Quinto Fabio Pictore vide Winkelmann Storia dell' Arte vol. 2. p. 124., & eximium librum clar. vir. Ab. Vincentii Requeno *Saggi sul ristabilimento dell' Antica Arte de' Greci* pag. 99. Quare manifeste deducitur ex hac illustri Fabiorum familia, plures Pictores inclaruisse. Scilicet Numerium Fabium, Caium Fabium, & Quinctum Fabium.

FRUCTUS Architectus.

De C. Octavio Fructo Architecto loquitur I. Bapt. Doni in Inscriptionibus Antiquis Florent. pag. 316. n. 5.

(37) Winkelm. Descrip. de Pierres p. 167.
(38) Histoire de l'Art. vol. 2. pag. 209. in 8.
(39) Storia dell' Arte vol. 2. pag. 199. in 4.

G

GLYCO Sculptor.

Inficiari non poteſt celeberrimum eſſe Sculptorem Glyconem, ut ſpectatur in miranda Herculis ſtatua in Farneſiani Palatii atrio cum inſcriptione;

ΓΛΥΚΩΝ·
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ·

Glycon Athenienſis faciebat (40).

Alterum Glyconis pereximium Herculis ſimulacrum eſt in celebri Muſeo Praeſulis Marii Guarnacci Volaterrani cum inſcriptione:

ΓΛΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Glycon Athenienſis,

H

HEPHAESTION Statuarius.

ΗΦΑΙΣΤΙΟΝ ΜΥΡΩΝΑΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Ephaeſtion Myronis filius Athenienſis faciebat. Ex hac Inſcriptione colligitur clare Ephaeſtionem eſſe filium percelebris Myronis Spon Miſcell. Erudit. Antiq. pag. 899.

HERACLA Pictor.

Sic in Inſcriptionibus Columb. Libert. Liviae pag. 157.

HERACLA·
AVGVSTAE·L.
PICTOR (41).

HERMOGENES Pictor.

De hoc pictore ita loquitur Gulielmus Cave (in Hiſtoria Scriptor. Eccleſiaſticor. p. 43.) *Hermogenes Haereſiarca hoc ſaeculo* (ſcilicet an. 170.) *inſignis, unde ortus incertum, vitae inſtituto Pictor, quam artem pingendis Deorum Gentilium ſimulacris, jam Chriſtianus exercebat: Claruit circa Annum CLXX.*

HOMERUS Pictor et Sculptor.

Archilochus de temporibus ait. *Floruere Homeri octo, inter quos Homerus Colophonius, quem illorum annales migratione Ionica praedicant effulſiſſe arte pictoria ſimul & ſculptili*. Hic Auctor inter Scriptores Fabuloſos adnumeratur. Vide Antiquae Hiſtoriae ex XXVII. Authoribus collectae Dion. Gothefredi opera vol. 1. p. 50.

I

ISIDORUS Statuarius.

Convenio cum Clar. Viris, qui notas fecere in Plinium vol. 11. pag. 72. numquam Iſidorum fuiſſe ſtatuarium, ut ait Iunius ad verbum Iſidori pag. 102., ſed Hegeſiam.

ISME-

(40) Pag. 313. num. 5. Vide Gori Columbarium Libert &c. pag. 157.

(41) Et in novo Theſaur. Veter Inſcript. Lud. Ant. Muratori vol. 2. pag. 904. n. 7.

ISMENIA Pictore.

Silet de Ismenia Pictore Iunius, de quo, sic loquitur Plutarchus (42). *Est eorum generis successio, consecratorum Neptuno, in tabula perfecta, quae dedicata est in Sacrario Erechthei, picta ab Ismenia Chalcidense.*

IULIUS Architectus.

C. IVLIO·
LVCIFERI · FILIO·
POSPHORO·
ARCHITECT · AVG· (43).

L

C. IULIUS LACER Architectus.

De Lacero Architecto, qui Traiano Imp. florebat, vide Maffei Art. Crit. Lapidar. p. 297. & etiam (Zaccaria) Istituzione Antiquario-Lapidaria lib. 2, pag. 294. & Gruter. Inscript. vol. 1. pag. 162. N. I. & Fleetwood Inscript. Antiq. p. 79.

LEOCHARES Statuarius.

Facile Leochares Statuarius est idem, de quo loquitur Plinius, dum habemus in Villa Medicea Romae inscriptionum in basi scalptam, hunc statuarium fecisse Ganimedis statuam (44):

ΓΑΝΤΜΕΔΗΣ
ΛΕΟΧΑΡΟΤΣ
ΑΘΕΝΑΙΟΤ·

Ganimedes Leocharis Atheniensis.

LINAX Statuarius.

Linacem esse Statuarium colligitur ex hac inscriptione:

ΛΙΝΑΞ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΤ ΕΠΟΙΕΙ.

Linax Alexandri faciebat (45). Lisanias forsan Sculptor ut ait Clar. Winkelmann Storia dell' Arte p. 294.

Ad Lysippum Statuarium adde Carolum Dati (Vite de' Pittori pag. 117.), qui inquit Angelum Cini in Miscellaneis cap. 46. asserere, se vidisse Romae in aedibus Mellini in basi marmorea sequentem inscriptionem:

ΣΕΛΕΥΚΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΕΠΟΙΕΙ·

Seleucus Rex Lysippus faciebat.

Lisanias forsan statuarius est, ut ait Winkelmann Storia dell' Arte p. 294.

M

MACHATAS Sculptor.

De hoc Sculptore ita Clarifs. Montfaucon inquit (46).

Iovis & Alcamenes filium honoribus efferam Filius Lasthenis erexit hanc statuam Monumentum immortale patris sui & ipsius Laphanis in praeclaro Apollinis delubro Ophanes Lasthenis filius Aesculapio reposuit Machatas fecit 46.

MA-

(42) Plutarc. in Vitis Rhet. in vita Lycurgi vol. 2. p. 590.

(43) Gruter. Inscript. pag. 594. num. 4.

(44) Winkelmann Storia dell' Arte vol. 2. pag. 177. & Monum. Ant. Tratt. Prelim. pag. 74. & praecipue, Spon Miscell. Erudit. Antiq. vol. 4. pag. 901.

(45) Dati Vite de' Pittori pag. 118. sic inquit. *In due Statue congiunte di una Madre, e di un figliuolo, che si stimano esser simbolo dell' Amor reciproco.*

(46) Diar. Ital. pag. 425.

MAECIUS ARCHITECTUS. (47)

MAXIMUS PICTOR.

In vaſe Etruſco Ioſ. Valletta Neapol. a Maximo pictore cum hac inſcriptione:

ΜΑΞΙΜΟΣ ΕΓΡΑΨΕ *Maximus pinxit* (48).

De hac inſcriptione Clar. Winkelmann ſuſpicit.

MENODOTUS ET DIODOTUS SCULPTORES.

Ut apparet ex inſcriptione a Winkelmann relata (49).

ΜΗΝΟΔΟΤΟΣ ΚΑΙ
ΔΙΟΔΟΤΟΣ ΟΙ ΒΟΗΘΟΥ
ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΣ
ΕΠΟΙΟΥΝ.

MENOPHANTES SCULPTOR.

Eximius hic Sculptor Menophantes oblivione jaceret, ſi Veneris ſtatua ab iſto artifice egregie elaborata Anno 1760. Romae in ruinis prope templum S. Gregorii non inventa fuiſſet cum hac ſingulari inſcriptione:

ΑΠΟ ΤΗϹ ΕΝ ΤΡΩΑΔΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗϹ
ΜΗΝΟΦΑΝΤΟϹ ΕΠΟΙΕΙ

Ex Venere Troiae Menophantes faciebat.

MYRO PICTOR.

De hoc artifice affert hanc inſcriptionem Clar. Bianchini (50): *Myro Auguſti Libertus Pictor*. Conſule Montfaucon Supplem. Antiq. vol. 1. pag. 52.

N

NICONIDAS.

Facile Architectus, ut videtur ex Plutarcho. *Et Machinae regis muris admotae, praeclara Niconidae Theſſali opera* (51).

NILUS ARCHITECTUS.

Reperitur eius nomen in baſi imo ſcapo magnae Columnae in terram jacentis a latere ſiniſtro Palatii Montis Citorii.

P. NUMISIUS ARCHITECTUS.

Celeber profecto Architectus Theatri Herculanenſis (52), in quo appoſuit ſuum nomen, ut ex hac inſcriptione colligitur:

L.

(47) De Maecio Architecto Vide Lud. Ant. Muratori Novus Theſaurus &c. vol. 2. pag. 231. n. 8.

(48) Hiſt. de l'Art vol. 2. pag. 13. vide Picturas Herculanenſes vol. 2. pag. 2. Clar. Matthaeus Aegyptius. Opuſcoli volgari pag. 392. nil de hoc vaſe ſuſpectat inquiens. Argomento che gli Artefici foſſero ſtati Greci, e non Etruſchi.

(49) Hiſtoire de l'Art vol. 2. p. 189.

(50) Bianchini Franceſco Monſignore Iſcrizioni Sepulcrali de Liberti pag. 77.

(51) Plutarchus in Vita Luculli vol. 2. pag. 192.

(52) (Gori) Notizie del memorabile ſcoprimento della Città di Ercolano pag. 4. & 5.

L. ANNIVS L. F. MAMMIANVS RVFVS IIVIR. QVINQ. THEATR. O. . . .
P. NVMISIVS ARC. . TEC. . .

P

PERICLES Architectus.

Celebre Piraeeum opus Periclis, ut inquit Appianus Alexandrinus (53). *Dux Romanus postquam attigit Atticam, missa parte copiarum ad oppugnandum in urbe Aristionem ipse recta Piraeeum petit, ubi Archelaus intra muros se receperat: quorum altitudo erat ferme quadriganta cubitorum: opus Periclis, saxo quadrato extructum, bello Peloponnesiaco, quando tota spe victoriae in hoc portu collocata munitissimum eum reddidit.* Vide Clar. Ab. Gedoyn l' Histoire de Phidias Memoir. des Inscript. pag. 292. vol. 13.

PHIDIAS ET AMMONIUS Sculptores.

Simia capite caret, quae reperitur in Capitolio in atrio Palatii Conservatorum cum hac inscriptione in basi scalpta.

ΦΙΔΙΑϹ ΚΑΙ ΑΜΜΟΝΙΟϹ
ΦΙΔΙΟΥ ΕΠΟΙΟΥΝ (54).

Phidias & Ammonius Phidiae Filii Fecere.

PHILARCURUS Pictor.

A Reinesio hic pictor in Inscript. Class. XI. pag. 632. num. 67. memoratur.

PHILIPUS Architectus. (55)

Haec est huius Architecti inscriptio:

Sic
P H I L I P V S
A R C H I T E C T V S
M A X I M V S
H I C S I T V S
E S T ·

PHILOMUSUS Pictor Scaenarius.

Habemus in Inscript. Novi Thesaur. Lud. Ant. Muratori vol. 2. pag. 498. n. 4. Vide Gori Inscript. Ant. vol. 1. pag. 390. philomusum pictorem Scaenarium. Haec est Inscriptio P. Cornelius P. L. Philomusus Pictor Scaenarius.

PLAUTIUS Caelator.

De hujus artificis antiquissima opera & inscriptione vide Winkelmann (56).

PLOCAMUS Sculptor. (57)

De Polignoto in Iunio pag. 174. vide Clar. Ab. Gedoyn de duobus Polygniti Tabulis a Pausania descriptis. Memoir des Inscrip. vol. 9. p. 72.

POL-

(53) App. Alex. De Bell. Mithrid. pag. 324.
(54) Vide Winkelmann Monum. Ant. Trat. Praelim. pag. 101. e Storia dell' Arte vol. 2. pag. 110.
(55) Gruter. vol. 1. pag. 623. n. 5.
(56) Storia dell' Arte vol. 2. p. 118.
(57) Montfaucon. Antiq. vol. 2. p. 11.

POLLIO ARCHITECTUS.

Meminit eius Lud. Ant. Murator. in novo Thesaur. Inscript. vol. 2. pag. 972. n. 6.

POMPEIUS ARCHITECTUS (58)

Sex. Pompeio Agasio. Sex. Pompei Architect, A Villae Sextian. Abaul. Agri. loc. Marit. Haec. Aedicul. Inchoa. Prid.

Idus April	Praesentiae
In Fr.	In Agr.
P. XIIX.	P. XXII.
Germanico Caesare, & C. Fonteio Capitone. Cos.	(An. Urb. 705.)

C. POSTIMUS ARCHITECTUS.

A Reinesio in Inscr. Class. XI. num. 22. pag. 616. memoratur.

PTIPHSAMUS ARCHITECTUS.

Ex Epistolis Diodori Siculi (59) habemus Ptiphsamum praeclarum Architectum.

PUBLIUS PICTOR.

De celebri isto pictore ita inquit. Martialis (60).

Hanc ne lux rapiat suprema totam
Picta Publius exprimit tabella
Aut utramque putabis esse veram,
Aut utramque putabis esse pictam.

PYTHODORUS SCULPTOR.

De Pythodoro Sculptore loquitur. Pausanias (Lib. 9. cap. 34.) qui fecit Iunonis statuam Sirenas manu tenentem, duo Sculptores Pythodori a Plinio (lib. 36. cap. 5.) memorantur.

Forsan est idem Sculptor qui scalpsit protomam in Museo Capitolini cum inscriptione (61).

ΠΥΘΟΔΩΡΙΣ

Pythodoris, an vir aliquis illustris videant eruditi.

R

RHOECUS.

Iunius ad pag. 191. non distinguit Rhoecos. unus fuit Plasta, & alter Architectus.

RU-

(58) Grut. Inscript. pag. 623. n. 3.
(59) Diod. Sic. vol. 2. p. 660. & 661.
(60) Mart. Lib. I. Epigr. 110.
(61) Vide Spon Miscell. Erud. Antiq. p. 922. & Mus. Capitol. 124. p. 43. & in fol. vol. 1. Tab. 73. & Gronvium Antiq. Graec. vol. 3. CC.

RUSTICUS Architectus.

De quo loquitur Spon (62).

ROMUALDUS Architectus.

Ex libro Cabinet des ſingulariter D' Architecture par Florent. le Comte (63) colligitur Romualdum Architectum floruiſſe Ann. D. 840.

S

SALPION Sculptor.

De Salpione celebri Sculptore Athenienſi . Vide Spon Rei Antiq. ſelect. pag. 601. & Miſcell. Erud. Antiq. pag. 698., qui deſcriptionem de magno vaſe marmoreo in quo exhibetur ortus Bacchi (64).

SATUREIUS.

(Gori de Satureio (65)) In Anthologia lib. 4. cap. 18. deſcribuntur , & laudantur complura Scalptorum, Gemmariorum opere lapillis inſcalpta, ac praecipue in cryſtallo montano. Inter hos celebratur Satureius Graecus Lythographus, qui imaginem Arſinoes, uxoris Ptolomaei Philadelphi Regis Cryſtallo faberrime ita excalpſit, ut nihil ad veritatem deeſſet, quam poeta in exprimendis imaginibus eximio Zeuſidi quodammodo parem fecit. En ipſum epigramma ;

Clar: Hugo Grotius vertit . Zeuxidas &c.

SEIOBOETHE Sculptor.

Fecit pulcherrimam Aeſculapii ſtatuam, ut ex Inſcriptione Graeca a Clariſſimo viro Guil. Fleetwood relata (66) demonſtratur.

SERAPIO Statuarius.

Alii quoque fuere ſtatuarii, qui oculos ſtatuis reponebant, ut Marcus Rapilius Serapio in Florentina tabula Muſei Suburbani Strozzi (67):

M. RAPILIVS . SERAPIO · HIC ·
AB · ARA · MARMOR ·
OCVLOS · REPOSVIT · STATVIS ·
QVA · AD · VIXIT · BENE ·

SOLON Statuarius.

Habetur hic Artifex ex Graeca Inſcriptione a Clar. Winkelmann relata (68).

ΣΟΛΩΝ ΔΙΔΥΜΟΥ ΤΥΧΗΤΙ
ΕΠΟΗΣΕ ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

Solon Didimi Fortunae fecit Memoriae cauſa .

(62) Spon. Miſcell. Erud. Antiq. pag. 1098.

(63) Florent. le Comte Sommaire Hiſtorique d' Architecture vol. 1.

(64) Vide Miſſon Voyage d' Italie vol. 2. pag. 22.

(65) Dactyliotheca Simithiana pag. 66.

(66) Fleetwood Guil. Inſcriptionum Antiquarum ſylloge pag. 35. & 36.

(67) Gori Columbarium &c. pag. 157. & Inſcript. Ant. vol. 1. pag. 406. num. 15. Vide Spon Miſcell. Erud. Ant. III. & Buonarroti Oſſervazioni Iſtoriche ſopra alcuni Medaglioni in Proem. pag. 12.

(68) Storia dell' Arte pag. 103.

SOTER PICTOR.

Ut ex hac Inſcriptione (69).

D. M.
TI · CLAVDI · SOTERIS·
PICTORIS · QVADRI
GVLARI · CARISIA·
IVCVNDA · FECIT ·

STHENNIS.

De hoc Artifice vide Spon Miſcell. Erud. Antiq. pag. 899.

T

TICHICUS ARCHITECTUS.

Ut ex hac inſcriptione conſtat (70).

DIS. MANIB.
TICHICO · IMP. DOMIT. SER.
ARCHITECTO· &c.

De Timarcho Statuario vide Plutarchum in vitis decem Rhetor. in vita Licurgi pag. 590.

TITIUS SCULPTOR.

Fecit ſtatuam, ut inquit Boiſſard (71), cum epigraphe: *Titius fecit*.

TURIANUS.

De iſto Artifice Winkelmann in libro Hiſtoir. de l'Art vol. 1. pag. 199. ſic ait: *Tarquin l' Ancien, fit venir de Fregella dans les païs des Volſques, un Artiſte nominé Turianus qui fit une ſtatue de Iuppiter de terra cuite.*

V

M. VALERIUS ARCHITECTUS.

A Reineſio in Inſcr. claſſ. XI. num. 23. pag. 616. memoratur.

VARRIUS ARCHITECTUS.

Ut habetur in ſupplem. ad Theſaur Inſcript. Collectore Sebaſtiano Donati (72).

HERCVLI · SERVAT·
K. AEMILIVS K. F. QVIRINA·
VARRIVS·
ARCHITECTVS · EXERCIT &c.

VI.

(69) Donati Sebaſtiani ad Supplem. Inſcript. p. 316. num. 8. e 317. num. 6. & Maffei Muſeum Veronenſe pag. 257. n. 5.

(70) Donati Seb. loc. cit. pag. 203. num. 2.

(71) Boiſſard Antiq. tom. 3. par. 3. fig. 132. Winkelmann Storia dell'Arte vol. 2. p. 117.

(72) Vol. 1. p. 38. num. 1.

